
WENCESLAI TRNKA
DE KRŽOWITZ

S. R. I. EQUITIS MED. DOCT. ET IN REG. UNIV. PESTINENSI PRAX. MED. PROF. P. O.

HISTORIA RACHITIDIS
OMNIS ÆVI OBSERVATA MEDICA CONTINENS.



VINDOBONAE
Proſtat apud R. GRAEFFERUM 1787.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/b24921786

SERIES OPERIS.

PARS I.

		Pag.
CAPUT I.	Definitio	1
CAPUT II.	Epocha morbi	5
CAPUT III.	Genera	22
CAPUT IV.	Symptomata	24
	I. Habitus corporis	26
	A. Univerſalis	ibid.
	1. Carnes	ibid.
	2. Cutis	28
	3. Statura	ibid.
	B. Partialis	31
	1. Caput, ejus	32
	a) Moles	ibid.
	b) Situs	34
	c) Facies	39
	d) Vaſa	42
	2. Thorax	45
	3. Abdomen, ejus	49
	a) Aquoſa colluvies	50
	b) Aer contentus	51
	c) Meſenterium	53
	d) Lien	54
	e) Hepar	55

)(2 4. Ar-

	Pag.
4. Artus	65
5. Oſſa, eorum vitia	67
a) Communia	ibid.
α. Oſteogenia	ibid.
β. Mollities	69
γ. Fragilitas	81
b) Singularia	83
α. Dentes	ibid.
β. Spina dorſi	86
γ. Coſtæ, earum	95
a) curvitas	ibid.
b) nodi	97
c) ſitus	ibid.
δ. Artus, eorum	98
a) nodi	ibid.
b) curvitas	102
II. Functiones læſæ	118
1. Debilitas	ibid.
A) Loquelæ	120
B) Inceſſus	121
a) tempus	ibid.
b) gradus	122
c) cauſæ	124
2. Appetentia	125
3. Spiratio	127
4. Decubitus	134
5. Senſus	ibid.
6. Convulſiones, ſpaſmi	138
7. Vacuationes	141
a) Alvus	ibid.
b) Urina	143
c) Sudor	ibid.
d) Hæmorrhagiæ	144

CA-

	Pag.
CAPUT V. Proegumenæ cauſæ	147
1. Sexus	ibid.
2. Ætas	148
3. Hæreditaria labes	159
4. Parentes	167
a) laxi	ibid.
b) cachectici, ex labe	168
α. arthritica	169
β. leucorrhoica	ibid.
γ. ſcorbutica	ibid.
δ. ſcrophuloſa	170
ε. purulenta	ibid.
ζ. ſyphylitica	174
CAPUT VI. Procatarcticæ cauſæ	176
1. Diæta, ſeu ingeſta	ibid.
a) aceſcentia, acida	177
b) ſaccharata	179
c) ſaturnina	181
d) lenta	182
2. Dentitio	183
3. Morbi oſſium alii	185
4. Frigus humidum	ibid.
5. Contagium?	190
CAPUT VII. Proxima cauſa	191
CAPUT VIII. Diagnoſis	196
I. Abſoluta, rachitidis	ibid.
1. Imminentis	ibid.
2. Præſentis	197
II. Relativa	ibid.
CAPUT IX. Prognoſis	198
1. Duratio morbi	ibid.

Pag.
2. Curabilitas 201
3. Solutio 204
a) Ætate ibid.
b) Metaſtaſi 206
c) Febre 208
4. Reliquiæ 209
a) Scrophuloſa cachexia ibid.
b) Loquelæ vitia 211
c) Deformitas corporis ibid.
5. Effectus 214
a) Febres variæ 217
b) Pleuritica, calculoſa pulmonum diſpoſitio 219
c) Abortus 220
d) Tumores 221
α. Seroſi artuum vel totius ib.
β. Oſſei 222
e) Caries, ulcera 225
f) Paralyſis ? 230
6. Letalia in rachitide 232
a) Connatus morbus ibid.
b) Hydropes ibid.
c) Hectica 233
d) Inſenſilitas pedum ibid.
e) Convulſiones aſſiduæ ibid.
f) Halitus teter 234
g) Facies vetula ibid.
h) Peripneumonia ibid.

PARS II.

PROLEGOM. Summa medendi, 238

SE-

SECTIO I.

PHARMACA.

		Pag.
CAPUT I.	Emetica,	239
	Cathartica	243
CAPUT II.	Antacida	245
	1. Alcalina	246
	a) Sal tartari	ibid.
	b) Sapo Venetus	248
	c) Cicuta	250
	2. Abſorbentia (oſtracoderm.)	253
CAPUT III.	Mercurius	255
CAPUT IV.	Tonica	257
	1. Rubia tinctorum	258
	2. Oſmunda regalis	264
	3. Sarſaparilla	266
	4. Martialia	272
	a) Ens veneris BOYLEI	ibid.
	b) Tinctura vitrioli martis aurea	279
	c) Mars aromatiſatus	281
	d) Mars catharticus	282
	e) Aquæ ferratæ	283
	5. Peruvianus cortex	284
	6. Glandium decoctum.	ibid.

SECTIO II.

CHIRURGIA.

CAPUT I.	Sanguinis miſſio	286

CA-

		Pag.
CAPUT II.	Enemata	289
	Topica	290
	a) Litus	ibid.
	b) Suffitus	294
CAPUT III.	Balnea	295
	a) Calida	ibid.
	b) Frigida	301
CAPUT IV.	Ulcera artificialia	305
	a) Veſicantia	ibid.
	b) Fonticuli	306
CAPUT V.	Machinæ	308
	a) Loricæ	ibid.
	b) Brachialia	312
	c) Ocreæ, cothurni	ibid.

SECTIO III.

DIAETA.

CAPUT I.	Alimenta	316
CAPUT II.	Motus corporis	318
CAPUT III.	Aer	322
CAPUT IV.	Amictus	324
	Lectus	326

* * *

HISTORIAE.

1.	HEISTERI	330
2.	ejuſdem	332
3.	HOFFMANNI	333
4.	LENTILII	335
5.	ejuſdem	337

HISTORIÆ RACHITIDIS PARS I.

DE NATURA VARIETATE ET CAUSIS RACHITIDIS.

CAPUT I. DEFINITIO.

§. I.

RACHITIS (ῥαχίτις a ῥάχις *ſpina dorſi*, ſeu *νόσος τῆς ῥάχεως* i. e. morbus ſpinæ dorſi, quod hæc iſto in morbo vitioſe flectatur), Veteribus ignotum nomen F. GLISSONIO de-

debetur, qui primus ordinatam hujus ægritudinis hiſtoriam condidit, & A. 1650, ut apud J. A. VAN DER LINDEN (a) videre eſt, in lucem dedit; ut ut haud abs re ipſe ſuſpicetur GLISSONIUS (b) nomen rachitidis huic morbo, ubi primum occepit, ab non nemine Græcarum literarum perito fuiſſe inditum, quod poſtmodo a plebe Anglica corruptum in vernaculum illud *the Rickets*, hodiedum ſolenne, degenerarit. A. BOOTIUS (c) Græci forte vocabuli impatiens Latinum, at inconditum ineptumque morbo *tabis pectoreæ* nomen appegit, a poſteris repudiatum. Gallis malum *la Chartre* (atrophia) audit, vel *la Nouure des Enfans*, infantesque illo affecti *Enfans noueux* (nodoſi) compellantur. Itali *mal del Scimmioto*, Batavi *Lendenvang* aut *engelſche Siekte* vocant. Germanis denique, apud quos affectio ſerius innotuit, *die engliſche Krankheit*, *der Ribbe-Kuchen* (male vulgo *Röte-Kuchen*) a tumore hypochondrii dextri, *die doppelte Glieder* (Anglis perinde *doubling of the Jaints*), ægri autem *die Wechſelbälge* (a ſuperſtitione vulgi opinantis id genus deformes infantes pro

(a) De ſcriptis medicis p. m. 286.

(b) Tract. de rachitide ſeu morbo puerili *Rikets* dicto. 8. Londini apud SADLERUM 1650.

(c) De affectibus omiſſis Cap. 12.

pro legitimis clam ſurreptis a ſagis, dæmone, &c. ſubtrudi) nominantur.

§. 2.

Definitio porro hujus morbi, etſi ab integro retro ſeculo & amplius ex aſſe cogniti, ab nemine (quod ſciam) ita condita eſt hactenus, ut omni ſolique rachitidi aptari poſſit; quippe quam alii e cauſa ejus proxima haud dum rite perſpecta, alii e ſymptomatibus neque omni in ægro neque omni morbi tempore præſentibus, (pathognomico ſigno hodiedum nos latente), alii ex utroque horum genere concinnarint. Sic J. G. BRENDELIO (a) „ rachitis eſt atrophia infantilis cum „ tumore abdominis, capitis, vaſorum jugu„ larium & articulorum, ſuccedente oſſium „ incurvatione ac ſterni carinatione „. Perinde etiam C. G. GRUNERO (b) „ rachitis „ vera infantum ἀτροφία eſt cum tumore ar„ ticulorum, membrorum omnium marcore, „ fœdaque corporis totius deformitate „. Brevior his in definiendo eſt J. P. BÜCHNERUS (c), cui „ rachitis . . . eſt mor„ bus,

(a) Opuſc. mathem. & med. argum. P. 2. Diſſ. 1. §. 9. p. 8.

(b) Morbor. antiquit. S. 2. C. 6. p. 141.

(c) Diſp. de rachitide §. 1. in A. HALLERI diſput. med. pract. T. 6. Nro. 202. p. 277.

„ bus, ſub quo articulares oſſium proceſſus „ intument, ipſaque oſſa incurvantur, & „ dorſi ſpina ex naturali ſitu ſuo diſtorque- „ tur „. Contra vero prolixior F. HOFFMANNUS (a) „rachitis . . . inæqualis (in- „ quit) nutritio eſt, qua partes aliæ debito „ ſuo nutrimento orbatæ contabeſcunt, aliæ „ plus juſto nutritæ augmentum recipiunt, & „ cum oſſium ſpinæque dorſi incurvatione ma- „ jores fiunt „. Denique L. D. C. MITTELHAUSER (b) „rachitidem febrim eſſe „ continuam remittentem (aſſerit), deprava- „ ta & inæquali corporis nutritione & tumo- „ re abdominis conjunctam „. Atque ad hoſce modos plerique alii etiam Pathologi definitionem rachitidis adornarunt. Sed cauſam proximam (iſthic in inæquali corporis nutritione repoſitam) perperam in definitionem traduci jam BRENDEL (c) monuit; ſymptomata vero, quæcunque illa ſint, nec in omni rachitico nec omni morbi tempore conſtanter adeſſe deinceps (d) viſuri ſumus: unde ſatis liquet, definitionem rachitidis hiſce modis, niſi

(a) Supplem. ad T. 4. P. 4. med. rat. ſyſt. Cap. 9. theſ. pathol. §. 1. Opp. T. 3. p. m. 488.
(b) Progr. de nodis articulor. & incurv. oſſium rachitica. 4. Jenæ 1747. p. 4.
(c) l. c. nota (s).
(d) Vide §. 9. ſqq.

niſi pathognomicum ſymptoma vel detegatur, vel ex cognitis hactenus phænomenis concinnetur, obtineri haud poſſe.

CAPUT II.

EPOCHA.

§. 3.

Epocha *rachitidis* hodiedum ſatis eſt ambigua. Sunt, qui morbum hunc Veteribus aſſerant; alii non multo ante noſtram ætatem caput extuliſſe pertendunt. Poſterius multis tuetur GLISSONIUS (a) cum plerisque aliis. Et SWIETENIUS (b) ſagax Veterum lector, ex iis omnia de quibusvis morbis notatu digna excerpere ſuaque in adverſaria conjicere ſolitus „dum evolvo (ait), quæ de „rachitide collegi, vidi, quod de hoc mor„bo nihil exſcripſerim ex veteribus medi„cis: unde ſaltem hoc concludere mihi li„cebit, non adeo obviam eſſe rachitidis „deſcriptionem in veterum medicorum mo„numentis, ut ab omnibus facile obſerve„tur„. Neque ſane virum hunc latebat

(a) l. c. Cap. I p. I.
(b) Comment. in aphor. H. BOERHAAV. ad §. 1480.

notiſſima illa HIPPOCRATIS (a) ſententia: „ qui gibboſi ex anhelatione & tuſſi fiunt, „ ante pubertatem moriuntur „: ex qua rachitidem non nulli exſculpere voluerunt. Alii contra plus æquo Veteribus tribuentes hunc quoque morbum iis ignotum non fuiſſe contenderunt, quos inter BÜCHNERUS (b) „ non ipſa (inquit) rachitis, ſed obſervatio „ rachitidis ſola mihi nova eſſe videtur „: ſiquidem gibbum ex rachitide naſci, atque hanc a COO in paulo ante allata prædictione indubie fuiſſe intellectam clarum eſſet; quaſi vero iſte non aliunde etiam progigni perinde poſſet. GRUNERO (c) quoque morbus hic a COO (d) deſcriptus eſſe viſus eſt, verum locum hunc rachitidi tam parum congruere, quam parum illum, quem SPONIUS (e) olim huc trahere voluit, in confeſſo eſt. Neque magis huc aliæ faciunt HIPPOCRATIS ſententiæ, quas a multis in rachitidem detortas BRENDELIUS (f) collegit. At vero

§. 4.

(a) Sect. 6. aphor. 46.
(b) l. c. §. 31. p. 292.
(c) l. c.
(d) De internis affectionib.
(e) Comment. in HIPPOCR. Sect. 3. §. 71. Ex lib. 2 de morbis ſub voce ἀνάντῃ.
(f) l. c. §. 2. nota (c).

§. 4.

G. V. ZEVIANI (a) notitiam rachitidis Veteribus majore ſtudio connifus eſt aſſerere, ratus omnes, a queis morbus hic pro novo habetur, non aliunde id quam ex GLISSONII auctoritate tueri (b); ab hoc vero rachitidem binis potiſſimum de cauſis pro novo morbo fuiſſe habitam, nimirum ob narrationem illorum, quorum opera mali originem indagavit, & omnium ante ſe Scriptorum de eodem ſilentium. Quod enim ad inveſtigantium narrationem attinet, dicere GLISSONIUM (c) „nemo hactenus inveniri potuit, „ qui ſciret aut oſtenderet vel primum nomi- „ nis (*Rickets*) auctorem vel ægrotum, cui „ primum nomen morbi accommodatum fuit, „ vel locum peculiarem, ubi id factum, vel „ modum etiam, quo inde in vulgus diſper- „ ſum fuit„: unde arguit ZEVIANI (d), rachitidem ad multo antiquiora tempora, quam 30 tantum ante annorum intervallum, quam ſuum de illa GLISSONIUS (e) commenta-

(a) Della cura de' Bambini attaccati della rachitide Cap. 2. p. 15. ſqq.

(b) Ibidem §. 23. p. 17.

(c) l. c. p. m. 4.

(d) l. c. §. 25. p. 18.

(e) l. c. p. m. 3.

rium abſolviſſet, eſſe removendam; ſiquidem incredibile ſit, qui intra tricenorum annorum decurſum origo tanti mali ſuperſtitibus multis etiam tum ejus teſtibus oculatis obſcuriſſima fieri potuerit, manente nomine uſque adeo recepto & unico. Quantum vero ad Scriptorum ſilentium, contendit partim notum fuiſſe Veteribus morbum, at ſub alio nomine (gibbi, tabis, hydrocephali, &c.) deſcriptum, partim vero uberiorem ejus a poſteris deſcriptionem fuiſſe neglectam; quandoquidem apud HIPPOCRATEM & GALENUM cum tabes infantum (hodie rachitis dicta) deſcribitur, tum de ſpinæ quoque curvatione ac pulmonum tuberculis, ægritudinis hujus effectibus, agitur (a). Exſtare porro ſcriptores GLISSONIO antiquiores, qui HIPPOCRATE clarius rachitidem ad poſteros deſcriptam dederint, hos inter eſſe H. REUSNERUM, qui A. 1582 edita Baſileæ diſputatione medica hiſtoriam narrat morbi infantibus Batavis & Helvetis per id tempus proprii ac perfamiliaris cum tanta carnium extenuatione, ut vix oſſibus hærerent, vigente licet appetentia, cum obſtructionibus inſuper, & crurum introrſum curvatione, laterumque thoracis compreſſione. Neque ad rem magnopere

(a) HIPPOCR. de dentit. & de articulis. GALEN. comment. 3. in lib. de artic. & de different. febr. L. I.

pere facere, quod non adeo prolixa apud Veteres, ac hodie, morbi hujus reperiatur deſcriptio; ſi enim ſolo hoc argumento rachitis pro nova ægritudine eſſet habenda, plures perinde alios morbos fuſius hodie atque ſub aliis nominibus literis proditos, quam in monumentis Veterum exſtant, pro totidem novis fore habendos (a). Cur autem uberior rachitidis deſcriptio ad GLISSONII uſque ætatem fuerit neglecta, complura in cauſa eſſe potuiſſe, ac 1mo quidem tantam olim Veterum venerationem, nihil ut eorum ſcriptis adjici poſſe crederetur, ſed commentariis tantum viderentur illuſtrandi (b): 2do raritatem forte rachitidis calidis in climatibus majorem, quam in frigidis, ad quæ ſcientia medica ſerius penetravit (c): 3tio denique occaſionem morbos infantum tractandi medicis rariorem; ut quos plerumque mulierculæ curent, præ primis apud ſuperſtitioſam plebeculam malum hoc faſcino, incantationi, &c. tribuentem (d). Creſcente demum ſcientia medica apparere cœpiſſe, rachitidem multo ante, quam credebatur, exſtitiſſe; ſed quam medici plerumque ad alios morbos retulerint,

(a) ZEVIANI l. c. §. 29. p. 22. ſq.

(b) Ibidem.

(c) Ibidem §. 31. p. 24.

(d) Ibidem §. 33. 34. p. 25. 28.

ut ex J. J. WALDSCHMIDTII (a) verbis clare pateſcit ſcribentis : „ dabimus etiam „ plurimos infantes hoc morbo fuiſſe ſubla„ tos, multosque eodem morbo adhuc affli„ gi. Medici hujus mali ignari vel hydro„ cephalum eſſe dixerunt, vel ſpeciem ca„ chexiæ, vel ſcorbutum, vel tabem, vel „ vermes, vel dentitionem difficilem, & ne„ ſcio quid non „ . Atque ita morbum quoad ſuam propriam indolem fuiſſe præterviſum; quem tamen H. BOERHAAVE (b) ad A. 1540 referens antiquiorem, quam GLISSONIUS ſtatuit, crediderit, forte quod e lue venerea natum eodem cum iſta tempore occepiſſe putarit. Denique & ante GLISSONIUM jam luculentam rachitidis hiſtoriam ab A. BOOTIO (c) fuiſſe in lucem datam. Mitto alia minoris commatis!

§. 5.

Verum enim vero ſingula hæc ZEVIANI momenta haud ejusmodi ſunt, quæ antiquitatem rachitidi adſtruant. Nam etſi HIPPOCRATES & GALENUS aliique vetuſtiſſimi medici de infantum tabe, gibbo, ſimilibus-

(a) Colleg. med. pract. ad caſus medic. TIMÆI L. 5. caſ. 23.

(b) Aphor. de cogn. & cur. morb. §. 1480.

(c) l. c.

busque egerint; nemo tamen ignorat, hæc mala non e ſola rachitide ſed pluribus quoque aliis morbis progigni poſſe. Neque etiam inficiaremur auctori antiquiorem rachitidis epocham; modo eam non erronee iviſſet probatum. Nam quantum ad BOERHAAVIUM (a) attinet ſcribentem „ medio fere „ labente ſeculo 16° . . . ortus eſt mor„ bus novus . . . rachitis „ optima, qua ſemper fuit, fide hanc in rem interpoſita affirmat G. SWIETENIUS (b), typothetarum id errore accidiſſe, ut pro ſeculo 17° in textu ſeculum 16 poneretur: „ novit enim „ certo optimum præceptorem circa epocham „ rachitidis ejusdem cum GLISSONIO fuiſ„ ſe ſententiæ, neque hoc tempus rachitidis „ voluiſſe propinquius reddere origini luis „ venereæ „. Quod vero BOOTIUM concernit, prodiverant ejus *obſervationes medicæ de affectibus omiſſis* 12mo Londini 1649, recuſæ dein ſemel iterumque in Germania, quarum in poſtremo capite *de tabe pectorea* (ita rachitidem, ut ſuperius (c) dixi, vocavit) agens hiſtoriam ſuccinctam totius morbi dedit: unico proinde ante anno, quam prius memoratus GLISSONII liber prælum ſubiiſſet. Quis autem ambigat medicos Londinen-

(a) l. c.
(b) l. c.
(c) Vide §. 1.

nenſes quinque in annos rachitidis phænomenis rite colligendis intentos ſua mutuo contuliſſe obſervata, ſicque morbum omnibus coævis (ut erat GLISSONII BOOTIUS) prius innotuiſſe, quam ſuum GLISSONIUS librum ad calcem perduxiſſet; quem prolixius ac forte etiam paulo ſegnius ſcribentem BOOTIUS in edenda ſua rachitidis ſynopſi 3 vel 4 pagellas implente facile potuit prævenire. SWIETENIUS (a) tamen editionem GLISSONII, quæ A. 1650 inſcriptum habet, ſecundam jam eſſe monet; mihi primæ exemplum annumque hactenus videre non obtigit. Neque etiam REUSNERI obſervatio GLISSONII epochæ magnopere adverſatur; nam ſi duo temporum intervalla, primum a prima GLISSONII editione ad alteram uſque elapſum, alterum vero 30 annorum, per quos rachitis Anglis ante innotuit, quam fuiſſet a medicis deſcripta, in unum juncta ab A. 1650 ſecundæ editionis demantur, prodibit tempus ab A. 1582 vix 30 annis diſcrepans, queis rachitis prius in Belgio ac Helvetia quam in Anglia occepit. Verum admodum veri eſt ſimile, in Anglia quoque morbum hunc multo citius caput exſerere debuiſſe, quam a 30 ante ejus deſcriptionem annis; cum jam nemo ſuperſtes repertus ſit, qui vel primos rachiticos vel nomi-

(a) l. c.

nominis *Rickets* auctorem vel primum morbi locum memoria tenuiſſet. Atque ſic epocha rachitidis in Anglia, Belgio, ac Helvetia cœptæ una eademque prodit. Sed quantum hæc adhuc ab HIPPOCRATIS ævo diſtat! Minutiora alia ZEVIANI momenta ſatis ſuperque SWIETENIUS diluit.

§. 6.

Cum de Anglica rachitidis epocha ſic ſatis conſtet, quæſitum eſt, quo potiſſimum tempore alibi quoque gentium initium cœperit? Plerique fere pro certo tenuere, rachitidem ex Anglia in Galliam Hiberniamque, inde in Belgium, ſerius in Germaniam trajeciſſe; at perperam omnino: quandoquidem rachitidis veſtigia apud Belgas, Gallos Italosque paulo etiam antiquiora eſt reperire. In Belgio enim atque Helvetia rachitidem A. 1582 jam ſatis fuiſſe frequentem ex H. REUSNERI memorata ſuperius diſſertatione (a) clarum eſt. In Gallia vero procedente ſeculo 16° jam perinde invaluiſſe teſtis eſt S. FORMIUS apud L. RIVERIUM, ubi inter obſervationes a variis communicatas exſtat etiam FORMII faſciculus obſervationum ab A. 1593 (ut obſervatio 1ma innuit) cœptarum, quarum 30ª, ſub titulo *crura vara*

(a) Vide §. 4.

ra ita habet: „ſæpe pueri in ætate duorum „ annorum, cum progredi incipiunt, vari „ eſſe conſueverunt; de quo matres ſollici- „ tæ auxilium quærunt a chirurgis; qui ple- „ rumque variis machinis tibias & crura exi- „ gere conantur; ſed fruſtra; quia ſponte „ naturæ ut plurimum circa ætatem 3 aut 4 „ annorum tibiæ & muſculi firmantur, & „ partes ad naturalem ſtatum redeunt „. Chirurgus iſte Gallus artem a 50 annis (ut in fronte harum obſervationum legitur) exercuit, dicitque *ſæpe . . . plerumque . . . ut plurimum* ea, quæ ſpatio 50 annorum vidit, evenire: qua propter nequit 30ª hæc obſervatio ad cauſas externas violentas trahi, ut quæ non tam crebræ ſint, neque curatio in malo a vi externa profecto ſine machinis perficiatur, ne dum ſponte naturæ; niſi ſola in rachitide, cujus iſthoc eſt velut characteriſticum. Italica autem epocha ceteris omnibus antiquior eſſe videtur; nam apud J. B. THEODOSIUM (a) Bononienſem exſtat caſus, cui titulus præfixus: „pro puero „ ex canfri & hum. multis malis affectibus „ laborante conſilium „. Huic ſubjicitur morbi hiſtoria in hæc verba: „oblatus eſt „ Alemani de illuſtri SALVIATORUM fa- „ milia

(a) Medicinales epiſtolæ 68 (poſthumæ a filio editæ) 8vo. Baſileæ apud N. EPISCOPIUM juniorem 1553. Epiſt. 42. p. 250.

„ milia infantis caſus, qui pluribus malis af-
„ fectibus laborat. Primo etenim ejus tem-
„ peramentum declinat ad frigidum & humi-
„ dum, ex quo color totius corporis palli-
„ dus redditur, ita ut ad cachexiam tendere
„ videatur, & multæ in eo cruditates gene-
„ rantur. Affectus eſt debilitas virtutis mo-
„ tivæ, ita ut cum menſium jam 17 ſit, non
„ poſſit ullo pacto ſe movere nec ſtare, &
„ cum in ulnis a nutrice defertur, vix ca-
„ put poteſt erectum tenere. Symptoma
„ aliud omnium ſæviſſimum eſt vertebrarum
„ trium in coſtis nothis ad exteriora decli-
„ natio, & eſt modus gibboſitatis, & in mo-
„ dum arcus coſtæ etiam incurvari viden-
„ tur „. Dedicatus eſt hic liber poſthumus Cardinali de CÆSARINIS nonis Aprilis 1541 Bononiæ. Cum autem epiſtola 66 ſcripta ſit pridie nonas Januar. 1537, videtur omnino pueri hujus rachitici caſus, cui annus non eſt additus, ad non ita multo vel priora vel poſteriora tempora circa A. 1537 referri poſſe: proinde rachitis in Italia ante A. 1582 circiter 40 annis citius deſcripta legitur, quam ab H. REUSNERO. SWIETENIUS (a) quidem THEODOSII caſum negat eſſe rachitidem; nam „ ſi quis hæc (in-
„ quit) conferat cum rachitidis ſignis diagno-
„ ſticis . . . videbit facile magnam eſſe ho-
rum

(a) l. c.

„ rum ſignorum inter ſe diverſitatem. Nul-
„ la ſit mentio in textu hoc tumoris abdo-
„ minis, protuberantiæ oſſium ad juncturas,
„ nec præmaturi ingenii acuminis, nec appe-
„ titus & digeſtionis bonæ ſatis, &c. Imo
„ coſtas in arcus incurvari in hoc puero di-
„ citur; cum in rachitide thorax ad latera
„ compreſſus ſit, & ſternum in acumen aſ-
„ ſurgat, nodoſis coſtarum extremis „. Verum ſi omnes caſus e rachiticorum numero expungerentur, in queis recenſita a SWIETENIO phænomena deſiderantur, & qui tamen manifeſte rachitidem ſapiunt alioquin, vix ulla daretur inchoata rachitis. In Symptomatologia viſuri ſumus, nodos articulorum alias prorſus abeſſe, alias paulo ante mortem primum oboriri. Ingenii quoque acumen adeo non eſt conſtans, ut non pauci rachiticorum ſtupidi reperiantur. Appetentia porro ſi bona fuit, medelaque egere haud videbatur, non cenſuit medicus ejus eſſe mentionem faciendam; tumorem abdominis ad multas cruditates videtur retuliſſe, vel etiam fallente memoria in ſcribendo omiſiſſe, aut ob mediocritatem forſan haud tanti æſtimaſſe. Præcipuum vero, quod alienum ab rachitide eique oppoſitum ſit, cenſuit eſſe SWIETENIUS coſtarum in arcus curvationem, quæ in rachitide potius minus evadunt arcuatæ. Sed ſi rem rite expendas, nihil hic a rachitide alieni reperies; quandoquidem

dem vel p. n. alterutro in latere coſtarum ſitus, vel earumdem in uno tantum latere compreſſio, vel major anteriori poſteriorive in loco curvatio apparentem id genus protuberantiam coſtarum efficere valet (a). Ceterum ætas, muſcularis debilitas, capitis nutatio, & gibbus, ſatis ſuperque rachitidis in hoc puſione indolem produnt. In Germania denique rachitidis epocha cum Anglica congruere ſic ſatis videtur, ut quam J. STORCH (b) ante medium ſeculi XVII notam fuiſſe referat. Siquidem exeunte hoc ſeculo noti ipſi fuerint 80 & 90 annos nati, manifeſtas rachitidis in infantia toleratæ reliquias oſtentantes, & quorum progenies uſque ad A. 1750, quo ſuum de morbis infantum opus edidit, perinde rachitica ſatis probavit, rachitidem his in familiis fuiſſe hæreditariam. Allato rei exemplo (c) demum ſubjungit e LENTILIO rachitidem ea tempeſtate Germanis ſub nomine duplicis cordis fuiſſe notam. Ex his itaque omnibus ſatis liquet, manifeſta hujus morbi veſtigia ante 16 ſeculum haud exſtare, ac proinde inter novos morbos rachitidem eſſe habendam.

§. 7.

(a) Confer §. 10. I. B. 5. b. γ. a. c.

(b) Abhandlung von Kinderkrankheiten 3 Band 16 Cap. p. 245. ſq.

(c) Ibidem p. 249.

§. 7.

Tametſi vero rachitidis incunabula apud Veteres necquicquam hactenus a variis fuerint perveſtigata, erutæque ejus epochæ ex ævo noſtro ad priſca tempora tranſitum velut abruperint; haud tamen omnis propterea ſuſpicandi ratio ſubtracta eſt, rachitidem Veteribus, etſi non eatenus, ut hodie illam tenemus, deſcriptam, exſtitiſſe tamen debuiſſe. Anſam id ſuſpicandi præbent non pauca nec proletaria momenta, & quidem

1. *Gibbi* omnis generis (puta kyphoſin; lordoſin, ſcolioſin) Veteribus noti fuere tamquam vulgati, non rari, morbi, ut id ex GALENO (a) diſcimus. Porro COUS (b) ipſe præſagiit infantibus: „qui gibboſi ex „anhelatione & tuſſi fiunt, ante pubertatem „moriuntur„. Hanc certe prædictionem veteranus ille ſenex non ex uno alterove ſed numeroſis caſibus congruentibus eruerit, neceſſe eſt. Denique gibbos e morbis internis naſci fatetur ipſe HIPPOCRATES (c) ſcribens: „quibus ſpinæ vertebræ ex morbis „gibbum contrahunt, ea quidem magna ex „parte ſolvi nequeunt. . . . Et quibus cer-

„ te

(a) In HIPPOCRAT. de articul. comment. 3. Nro 2.

(b) Sect. 6. aphor. 46.

(c) De articulis p. m. 806. ſq.

„ te adhuc pueris ante perfectum corporis „ augmentum ſpina in gibbum attollitur, iis „ quidem corpus ad ſpinam augeri non ſo- „ let. . . Quibus etiam ſupra ſeptum trans- „ verſum gibbus fit, iis quidem non in la- „ tum augeri ſed in anteriorem partem co- „ ſtæ ſolent, neque pectus in latum ſed in „ acutum tendit, ipſique ſpiritum difficulter „ & cum ſtridulo ſono trahunt &c. „ . Si vero cauſas, a queis gibbi naſcuntur, cum externas tum internas ex fidis obſervatis in ſeriem cogamus, facile patebit, eas, ſi unam rachitidem demas, & oppido paucas eſſe, & ſtudioſe inſuper vitari. Atque ut demus lordoſes ſcolioſeſque a variis poſſe præſertim externis naſci cauſis, kyphoſes tamen una cum ſterni in acumen elevatione unde alioquin quam a rachitide produci queant, vix reperio. At at „ coquo ex phrenitide gib- „ boſa ſpina facta eſt (a) „ ? Sit ita! Viderit COUS kyphoſim natam e phrenitide vel, ut mavult D. W. TRILLERUS (b), ex nephritide; certe non hæc illa kyphoſis eſt, quæ ſterni ſimul gibbum habuerit comitem, & quam patrum memoria non aliunde quam ex rachitide naſci novimus.

(a) Epidem. L. 5. Nro 52. & L. 7. Nro. 80.
(b) Opuſc. medic. Vol. 1. Part. 2. Exercit. 5. p. 431. ſq.

2. *Pigmœi* ſeu *pumiliones*, præſertim capite grandi curviſque cruribus deformes haud alium J. STORCHIO (a) videntur habere ortum, quam ex rachitide, quæ corporis incrementum in longum inhibet (b); cum autem hi ab hominum memoria exſtent: rachitis quoque iis coæva ſit, oportet. Quam etiam rem vero propiorem facit auctoris obſervatio inferius (c) referenda.

3. *Crura* vitioſe curvata infantili in ætate rachitico morbo ita ſunt propria, nulla ut alia cauſa hactenus (præter externam forte vim, ſed cui tot varietates viſarum in cruribus curvaturarum (d) tribui nequaquam poſſunt) nota ſit, a qua perinde repeti poſſent. Omnia vero crurum id genus vitia Veteribus cum Græcis tum Romanis fuere notiſſima, ſingulaque ſuis inſignita nominibus, ut ſunt pedes

a) *Compernes*, qui FESTO ſunt genibus plus conjunctis, ſeu homines, qui pedibus ad genua convergentibus ab hinc vero deorſum verſus divergentibus incedunt, Græcis notante SCALIGERO (ad FEST. & VARRON.) γονυκρότες.

b)

(a) l. c. p. 272.
(b) Vide §. 10. I. A. 3.
(c) Ibidem.
(d) Ibidem I. B. 5. b). ∂. 6.

b) *Scauri*, queis malleoli pedum magnopere protuberant.

c) *Valgi*, dum crura extrorſum ſunt curvata. Contra ea

d) *Vari* (vatii), quando crura ſunt introrſum recurva. Inſignis hanc in rem locus eſt A. FLAUTI (a):

Metuerem . . . .
. . . ne uxor mihi inſignitos pueros
pariat poſtea,
Aut varum aut valgum aut compernem, aut
pætum aut broncum filium.

Satis hinc liquet, non hic de crurum vitiis ab externa vi conſcitis Poetam loqui, ſed de talibus, quæ ab interna cauſa jam in utero matris poſita efficiuntur. Apud LUCILLIUM (b) legimus:

Compernem aut varam fuiſſe Amphitruonis ἄκοιτιν
Alcmenam atque alias.

MARTIALIS (c) valgo Deo ita inſultat:

Cum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteras Phœbe lavare pedes.

 Si-

(a) In milite glorioſo Act. 3. Sc. 1. v. 226.
(b) Satyrar. L. 12.
(c) Epigr. L. 2. Nro 35.

Similia & apud HORATIUM aliosque Veteres Scriptores eſt reperire. Quæ cum ita ſint, propius verum eſt, rachitidem Veterum infantibus non pepercisse quidem; at rariorem tamen ac leviorem, nec toties letalem fuiſſe, ſicque medicorum perſpicaciæ ac ſcrutinio fuiſſe ſubtractam: dum in Anglia gravior ac per hæreditatem crebrior etiam ſenſim facta medicorum oculos ſtudiaque in ſe convertit. At hæc non ultra conjecturam dicta prolataque velim.

CAPUT III.

GENERA.

§. 8.

GENERA *rachitidis* GLISSONIUS (a) a variis illius ſtadiis, quæ percurrit uſque ad ſui finem, deſumpſit, ita ut ipſi rachitis ſit ſextuplex, nimirum *incipiens* in aggreſſione, *confirmata* in ſui incremento, *conſiſtens* in ſtatu, *deplorata* ex ſtatu in mortem tendens, *remittens* in declinatione ex ſtatu in ſanitatem, *migrans in alium morbum*, dum e ſtatu declinat in aliud malum. Aptius

(a) l. c. Cap. 20. p. m. 251. ſqq.

ptius tamen pro duplici gradu a J. P. BÜCHNERO (a) duplex ſtatuitur:

1. *Imperfecta* vel inchoata „quam diu „ oſſium proceſſus (epiphyſes) ſolum tu„ ment; ingredi vero ægro per morbi vim „ adhuc licet„. Mihi vero omnis ea imperfecta eſt, quæ non dum omnia ſibi ſolennia ſymptomata exſeruit, ſeu æger incedere queat, ſeu aſſiduo jacere cogatur. Hocce in morbi gradu tres BÜCHNERI (b) puellæ erant, totidemque HEISTERI (c) infantes, HOFFMANNI (d) puer, quatuor STORCHII (e) ægri, atque TACCONI (f) femina. Contra vero

2. *Perfecta* rachitis (g) eſt, ubi inceſſus tardior, minus firmus, facilique cum lapſu & aſſidua ſeſſione vel decubitu, nec non univerſa fere ſymptomatum rachiticorum ſyndrome eſt junctus, velut in quinque BENEVOLI (h) totidemque BÜCHNERI (i) in-

(a) l. c. §. 1.
(b) Vide §. 11. Nro 6. & §. 27. a).
(c) Vide §. 28. c) & hiſtor. 2.
(d) Vide hiſtor. 3.
(e) Vide §. 11. Nro 7. d). §. 14. §. 27. §. 38.
(f) Vide §. 25.
(g) SWIETEN l. c.
(h) Vide §. 10. I. B. 5. a. β. & § 29.
(i) Vide §. 10. I. B. 1. b. c. 5. b. δ. 6. §. 11. Nro 7. a. §. 29.

infantibus ac puero CAMERARII (a); quos inter & quadrimulus STORCHII (b) infans prope biennium, & ejus puella (c) 2½ annorum a ſeſquiennio incedere non valentes ſunt accenſendi.

CAPUT IV.

SYMPTOMATA.

§. 9.

SYMPTOMATA *rachitidis* pro ratione mali vel occipientis vel adoleſcentis vel maturi cum numero tum intenſitate variant: unde F. HOFFMANNUS (d) „probe omnino tenendum eſt (inquit), quod certi dentur rachitidis gradus & durationis modi, qui non „eadem in omnibus ſymptomata, ſed in non „nullis graviora in non nullis leviora producunt„. Perinde J. STORCH (e) „morbi hujus (ait) gradus admodum differunt, „adeo ut non nulli infantes facile atque uno „al-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. a. β.

(b) Obſerv. clinic. ann. 5. April Cl. 3. p. 105.

(c) Ibid. ann. 6. Octobr. Cl. 3. p. 710.

(d) l. c. §. 2.

(e) Von Kinderkrankh. l. c. p. 273. ſq.

„ alterove phænomeno illius affecti evadant; „ alii contra diu multumque ab illo patian- „ tur, imo etiam morti in prædam facile ce- „ dant. Aliquibus tantum modo epiphyſes „ utrorumque artuum intumeſcunt, neque „ præter debilitatem crurum ambulandique „ impotentiam quidquam aliud experiuntur; „ aliis forſan coſtæ aliquatenus inæqualiter „ creſcentes metum gibbi parentibus incu- „ tiunt; ſed lapſo tempore hæc inæqualitas „ vel omnino evaneſcit, vel veſtigium tan- „ tum illius ſupereſt „. Quod quia & alii Practici ſæpe ab ſe teſtantur obſervatum, haud viſum eſt ſymptomata uſque adeo variantia in duos illos rachitidis imperfectæ ac perfectæ gradus (velut ab aliis factum video) diſpeſcere, verum una omnia complecti ſerie cum omnibus, quæ ſæpius in iis occurrunt, varietatibus. Neque porro viſum eſt ſymptomata ex pathologicis ratiociniis explanare; quod cauſa rachitidis proxima adhuc ignota veritati hic eruendæ obſtet, ambiguis vero chartam implere nec lubeat, nec vacet; neque operæ pretium hac in re vel BRENDELIUS (a) vel PETITUS (b) tulerit. Univerſa autem rachitidis ſymptomata duas in claſ-

(a) l. c. §. 13. ſqq.

(b) Traité des Maladies des Os, T. 2. C. 17. p. 549. ſqq.

claſſes dirimere libuit, quarum prior habitum corporis rachitici ſenſibus conſpicuum, altera læſas functiones complectetur.

§. 10.

I. *Habitus* rachitici corporis duplici ſe ſe ratione offert expendendum, videlicet in toto primum, tum in ſingulis ſeorſim partibus.

A. *Univerſalis* tria in primis ſuppeditat oculis uſurpanda, nimirum carnes, cutem, ſtaturam.

1. *Carnoſitas* cum a toroſitate muſculorum & copia pinguedinis omnem celluloſam telam obtinentis menſuretur; in rachiticis utroque ex titulo eſt imminuta: unde *macies* eſt maxime familiare morbi hujus ſymptoma, ob eamque rem non pauci auctores rachitidem per atrophiam infantum definiverunt (a). Inſignis certe macies viſebatur in STORCHII (b) trimulo quodam infante, ex utroque parente rachitidem nacto, biniſque ejusdem (c) puellis. Eandem quoque ſuis in rachiticis pueris viderunt BURGGRAFIUS (d), CA-

(a) Vide §. 2.
(b) Obſ. clin. ann. 6. Apr. Cl. 3. p. 538.
(c) Vide ſequ. B. 5. b. β. & §. 29. d.
(d) Ibidem.

CAMERARIUS (a), KLEIN (b) & VOGEL (c), nec non ſuo in infante RUOFF (d). Macies hæc ita interdum invaleſcit, ut corpora ægrorum ſceleton referant pelle veſtitum, velut in ABILDGAARDII (e) puero ac LENTILII (f) puella eſt obſervatum. Qui vero ex morbo hoc eluctati adultiorem attingunt ætatem, junceum nihilo minus corpus haud raro retinere ſolent, ut R. LENTILII (g) adoleſcens. Interea tamen hæc atrophia rachitidi nequaquam ita comes eſt, ut nunquam abſit; ſiquidem cum Dresdæ, narrante C. S. WOLFFIO (h), quadam in familia jam 3tia proles (quarum nulla annum explevit) corpore bene conformata ex rachitide mortua ſectioni ſubjecta eſſet, pinguedo toto corpore pollicem craſſa erat. In abdomine omnia ſana, reneſque multo adipe vallati; at hepar circiter lib. 1½ appendit, atque in

(a) Ibidem a. β.
(b) Vide §. 13.
(c) Vide ſequ. B. 5. b. β.
(d) Ibidem a. β.
(e) Vide §. 34. Nro 1. a).
(f) Vide §. 11. Nro 7. c).
(g) Vide ſequ. B. 2.
(h) Annal. Vratislav. Tent. 36. A. 1726. Junii Cl. 4. art. 16. p. 729.

in cyſtide fellea pro bile aqua limpida omniſque ſaporis expers reperta.

2. *Cutis* vero pro vario carnium extenuatarum gradu evadit plus minus laxa, flaccida ac pendula, de qua GLISSONIUS (a) „ cutis (ait) univerſa tum vera tum membra- „ na carnoſa & adipoſa flaccida & quaſi pen- „ dula, laxæque inſtar chirothecæ apparet, „ ita ut multo plus carnium eas continere „ poſſe putes „: quemadmodum ſe res habuit in binis BÜCHNERI (b) infantibus, LANGGUTHI (c) puella pueroque STORCHII (d). Imo vero notante BÜCHNERO (e) „ a morte quoque flaccidum corpus non „ obrigeſcit, nec innatum calorem omnem „ mox exuit „. Idcirco abunde liquet, maciem rachiticorum ab hectica macie in eo præſertim diſſidere, quod in iſta cutis evadat arida, ſquallens, duræque Pergamenæ ſimilis, in illa contra mollis ac pendula.

3. *Statura* denique corporis raro admodum in rachiticis ætati reſpondet; ſed pene ſemper humilior eſt ſolito, (excepto unico

HOFF-

(a) l. c. Cap. 2. p. 10.
(b) Vide §. 11. Nro 7. a) & §. 32.
(c) Vide ſequ. B. 5. b. δ. b.
(d) Vide §. 14.
(e) l. c. §. 14. p. 287.

HOFFMANNI (a) puero) cujus vitio rachitici ad pumilionum claſſem recidunt. Ita C. VATERUS (b) „vidit a Paſtore quodam admodum valetudinario & phthiſico cum uxore non minus morboſa & phlegmatica tres ſucceſſive filias progenitas fuiſſe, omnes autem rachitide adeo affectas, ut licet ſub optimo diætæ regimine remediorumque aliorum applicatione in vita conſervatæ ſint, ad debitam tamen (ob mollitiem & flexuram oſſium) magnitudinem non pervenerunt, & proinde in pumilionum numero adhuc vivunt„. BÜCHNERI (c) quoque puella exactis 16 vitæ annis integro pede ab juſta ſolitaque altitudine abſuit; altera (d) trimula mortua „creſcendo ſtaturam infantis annum unum nati non exceſſit„, LANGGUTHI (e) vero puella dimidio minor, quam par erat, fuit. Sic & ſceleton Erlangenſis viri, cujus ISENFLAMM (f) meminit, non niſi ſeſquiulnam altum eſt, ejus-

(a) Vide hiſtor. 3.

(b) Diſſ. de morbo infantum rachitide (4. Vitemberg. 1713. Reſp. J. F. HENNING) theſ. 8. p. 11.

(c) Vide ſequ. B. 1. b).

(d) Vide §. 11. Nro 6.

(e) Vide ſequ. B. 5. b. ∂. b.

(f) Vide §. 28. c).

ejusdemque (a) adoleſcens 22° ætatis anno demum mortuus non ultra 3′ 2″ porrigebatur. Et ſane pumilionum ac pygmæorum ortum ſoli ferme rachitidi tribuendum vult J. STORCH (b): „ſi in originem pumilionum, „ præ primis grandi capite cruribusque re„ curvis deformium, ſerio inquireretur (in„ quiens), dubito, num aliam, quam ex „ hoc ipſo morbo profectam reperire eſſet. „ Novi feminam ab omnibus pro pygmæa „ habitam, cujus e fratre proles rachitidem „ in infantia curvis cum cruribus uſque ad„ eo manifeſtam habuere, ut eam noviſſimus „ medicinæ tiro prætervidere non potuiſſet. „ Mater horum pygmæorum Galla affirmavit, „ omnes ſuas proles hoc morbo laboraſſe, „ præſentem vero filiam omnium graviſſime. „ Illuſtrem perinde familiam novi, duoſque „ ex illa pygmæos, in qua pene omnes pro„ les rachitidem ſunt perpeſſæ „. N. ROSENSTEIN (c) „ tamen duas novit (ra„ chiticas) perſonas ſic ſatis in altum elucta„ tas, queis ſpina dorſi non erat vitioſe in„ flexa „ id quod cum obſervatione HIPPO-

(a) Vide ſeq. B 5. b. δ. b.

(b) Von Kinderkrankh. l. c. p. 250. ſq.

(c) Anweiſung zur Kenntniſs und Cur der Kinderkrankh. 2i Abſchnitt p. 387.

POCRATIS (a) congruit. Unde neque humilis hæc corporis ſtatura eſt ab rachitide inſeparabilis. Mirum tamen videri debet, rachiticorum corpora, dum ab juſta ſtatura abſunt, ponderis tamen majoris eſſe, quam vel ætas vel moles promitteret. Namque referente GLISSONIO (b) „obſervarunt „ aliqui ſe pueros non nullos hoc morbo „ affectos ponderoſiores deprehendiſſe, quam „ alios ætate & ſtatura pares. Si hoc ita ſe „ habeat, tribuendum id eſt partim facilitati „ partim inæqualitati nutritionis oſſei generis „ in hoc affectu. Etenim cum auctum hoc „ pondus carnibus adſcribi vix poſſit, quip- „ pe quæ hic extenuatæ ſunt; videtur id oſ- „ ſeo generi attribuendum. Cumque oſſa in „ hoc morbo non dum obſervata ſint ſecun- „ dum longitudinem præter modum excreſce- „ re; reſtat, ut id eorum craſſitiei ſuperflue „ auctæ imputetur „. Verum hoc phænomenon haud dum a quoquam alio porro etiam eſt obſervatum.

B. *Partialis* vero membrorum ſingulorum organicarumque partium habitus rachiticus longe plurima oculis ſpectanda objicit, quæ inter

1. *Ca-*

(a) Vide §. 7. Nro 1.
(b) l. c. Cap. 21. p. 272.

1. *Caput*, in eoque volumen, ſitus, facies ac vaſa humores ad encephalon trajicientia, præ primis conſideratione digna ſunt.

a) Moles enim capitum rachiticorum plerumque inſignis majorque eſt, quam oporteat; de qua SWIETENIUS (a) „ in omnibus „ (ait) rachiticis obſervatur, quod caput juſto majus ſit, & facies magis tumeat, quam „ requiritur proportione habita ad reliquas „ partes corporis. Sæpe ſatis bonus faciei „ color manet; ſed ſemper adeſt ſimul laxitas. Illi, qui voluerunt rachitidem veteribus medicis cognitam fuiſſe, licet alio „ ſub nomine deſcriptam, crediderunt, quod „ apud illos ſub hydrocephali titulo latuerit, & a magnitudine capitis, quæ ſemper hunc morbum comitatur, hoc probare „ conati ſunt. Aliquos rachiticos hydrocephalo laborare certum eſt; ſed in pluribus caput proportionaliter majus eſt, licet nulla ſeri hydropici copia adſit. Præterea hydrocephalo decumbentes fiunt hebetes & oblivioſi, dum copia extravaſatæ „ aquæ augetur; cum econtra . . . rachitici „ præmaturo ingenii acumine & ſenſuum ſincero exercitio a coætaneis diſtinguuntur. „ Omnes auctores, qui de hoc morbo ſcripſerunt, mentionem fecerunt illius magnitudinis capitis auctæ; imo GLISSO-

„ NIUS

(a) l. c. ad §. 1455. Nro 4.

„ NIUS (a) teſtatur, quod in omnibus hoc „ morbo exſtinctis, quos hactenus viderat, „ obtinuerit aucta hæc capitis moles, unico „ tantum excepto, qui ſimul cum hoc affectu „ ſuppuratos habuit pulmones, & phthiſi „ confectus eſt; ſed & ille habuit per totum „ fere morbi decurſum caput majuſculum fa- „ ciemque pleniorem; 14 vero ante obitum „ diebus ſubito collapſæ ſunt partes carnoſæ „ circa caput, faciesque Hippocratica facta „ eſt, ſtupentibus omnibus ſubitam hanc mu- „ tationem „. Prægrande certe caput na- ctæ ſunt duæ BÜCHNERI (b) puellæ, puer item ac puella FICKII (c), tum puellæ LENTILII (d) ac STRACKII (e), pueri HOFFMANNI (f) & PREUSSII (g), in- fansque MORELI (h). Hæc autem capitis magnitudo eo etiam apparet grandior, dum totum corpus macies depaſta colli quoque muſcu-

(a) l. c. Cap. 2. p. 10.
(b) Vide ſequ. b) & §. 11. Nro. 7. a).
(c) Vide §. 46. b).
(d) Vide §. 11. Nro. 7. c).
(e) Vide ſequ. Nro. 5. a. β.
(f) Vide hiſtor. 3.
(g) Vide §. 11. Nro. 7. d).
(h) Vide §. 13.

muſculos adeo extenuavit, ut grande caput extenuatiſſimo collo inſidens tanto etiam majus eſſe videatur. Aliquando tamen moles capitis non uſque adeo conſpicua eſt, nec magnitudini rachitidis reſpondens, velut in puella LANGGUTHI (a), puerisque BURGGRAFII (b), CAMERARII (c), KLEINII (d), & adoleſcente LENTILII (e). Imo vero ſunt, quorum caput ab juſta magnitudine nil prorſus abludat, uti STORCHII (f) puella; nec in virili ſceleto Erlangenſi ISENFLAMMII (g) caput vel figura vel magnitudine vitioſum obſervatur: ut proinde neque iſthoc ſymptoma rachitidi ſit pathognomicum.

b) *Situs* porro capitis rachitici, ſi & prægrande ſit, & muſculi colli extenuatiſſimi ac debiles, erectus eſt impoſſibilis, & „ mi-„ ſerrimum viſu eſt, ait SWIETENIUS „ (h), quo modo caput mole auctum, dum „ ad-

---

(a) Vide ſequ. Nro 5. b. δ b.
(b) Ibidem b) β.
(c) Ibidem a) β.
(d) Vide §. 13.
(e) Vide ſequ. Nro 2.
(f) Vide ſequ. Nro 5. b) β.
(g) Vide §. 28. c).
(h) l. c. ad §. 1486. Nro 2. ſub finem.

„ adultior morbus jam eſt, tenui collo ſuſti-
„ neri amplius nequeat; ſed nutando in hanc
„ illamve partem dilabatur „. Vidit J. STORCH (a) puerum bimulum, qui dum geſtabatur, non poterat caput dextrorſum reclinare; ſed ejus gerula, ſi lævo ipſius brachio puer inſidebat, dextram ei manum porrigere debebat, ut ſuo ſuper illa capite requieſceret. Miſerum id genus ſpectaculum vidit R. RUSSELL (b): „ad puellam quam-
„ dam (ait) anno ætatis 4° accerſebar, cu-
„ jus caput in incredibilem magnitudinem ra-
„ chitidis affectione adauctum fuerat, & pe-
„ ctus adeo a naturali figura declinaverat,
„ ut non tantum aſthma verum etiam paraly-
„ ſis inferiorum membrorum a relaxatione
„ vertebræ acceſſerint. Vertebram de die
„ in diem capitis pondus prægravabat, & fa-
„ cta conſuetudine caput propemodum inter
„ genua dependebat. Tentare igitur ſtatue-
„ bam, ſi quid forte ad pravitatem trunci
„ corrigendam funiculus, quo ſe ſe tamquam
„ libraret, ſuſtentato interim per torquem
„ capite, prodeſſe poſſet. Sed mihi poſt
„ aliquod tempus roganti; quid de puella
„ factum eſſet, nunciatum eſt, quemdam car-

(a) l. c. p. 259.
(b) Oecon. naturæ Cap. 4. p. 77.

„ minibus magicis rem agere, urinam ægro-
„ tantis igne fervefacere, me parum morbi
„ cauſam intellexiſſe: quippe malæ linguæ
„ faſcinatione puellam laborare. Ea, ut
„ poſtea audiebam, mortua eſt „. Haud
minori commiſeratione digna fuit J. P. BÜCHNERI (a) „puella, (quæ) ½ annum nata
„ ablactabatur; ſana nihilo minus & vegeta
„ erat: donec 2° demum anno, poſtquam &
„ loqui & ire jam didiciſſet, dentes erum-
„ perent, abſque convulſionibus quidem, ſed
„ magno cum æſtu corporis & delirantis ani-
„ mæ ludibriis, cum modo equorum modo
„ aliarum rerum phantaſmatibus territa tre-
„ miſceret. Ita dentitio cum articulorum
„ nodis ad 5um uſque annum ſucceſſerat,
„ ſternum elevabatur, abdomen & caput in-
„ tumeſcebant, nec pedes amplius ad præ-
„ ſtandum ſuum officium tam prompti vege-
„ tique erant. Mox vero dentes primo fla-
„ vi poſt nigri redditi iterum exciderant;
„ Septimo autem ætatis anno reparabantur.
„ Eodem hoc anno antica tibiarum parte pro-
„ xime infra genua candenti ferro admodum
„ comburebatur; atque ab eo tempore, etſi
„ feliciter conſolidato ulcere, morbus tamen
„ ſpinalis incrementum, non dum vero per-
„ fectum ſtatum ſeu ἀκμὴν acquiſivit, quem
„ 11°

(a) l. c. §. 3. p. 278.

„ 11° primum anno attigit. Hic enim ſimul „ & ſemel una nocte omnem gradiendi potentiam amiſit; poſtea longitudine ita corpus detruncabatur, ut integro pede brevius redderetur, & magno capite ac inter „ elevatas ſcapulas quaſi gomphôſi immiſſo, „ brachiis & pedibus curvatis mirumque in„ tortis, elevato ſterno & eminente abdomi„ ne ex homine in monſtrum degeneraret. „ Tunc ne quidem ſedere valens ex brachiis „ & dorſo (miſerandum ſpectaculum!) ſuſ„ pendenda erat; & retro, niſi caput perpe„ tuo muniretur, mox totum cadebat, quo „ nempe curvatura concava vertebrarum col„ li divertebatur. Præterea continuo quodam „ interno æſtu aut lenta febricula combure„ batur. Intellectu ſemper pollebat, & ex„ pleto 16° ætatis anno veſpertino tempore „ vita ſub levibus nervorum diſtenſionibus „ functa eſt. . . Extremo vitæ tempore hy„ drophobiæ quadam ſpecie per 4 aut 5 heb„ domades ita correpta fuit, ut etiamſi ſiti „ detenta bibere tamen ſemper prohiberetur, „ facta ſenſatione, quaſi quid ex vertice in „ os deſcenderet quantocyus, ac poculum „ labiis admotum eſſet. Sub hoc ſtatu 8 an„ te obitum dies pedibus & manibus præci„ pue ſiniſtris intumeſcere, ſiniſtro quoque „ oculo illacrimari cœpit, ac brevi poſt po„ tum quoque aſſumere, quo ſumpto tumor „ etiam increvit. Tribus ante mortem die-

„ bus pedibus emori, ita ut nihil amplius
„ ſentirent, & viſio obſcurari incœpit. Per
„ totum vitæ decurſum frequentibus narium
„ hæmorrhagiis ſubjecta erat, quæ primo ſen-
„ ſationem vermis ex fronte in nares deſcen-
„ dentis & iterum recedentis, ſupremo au-
„ tem tempore ſenſationem quaſi gladii ex
„ infimo abdomine ſurſum ea doloris pote-
„ ſtate protruſi, ut in clamores miſera puel-
„ la effunderetur, ſequebantur. Perpetuo
„ duro fibulatorio thorax includendus & cu-
„ ſtodiendus erat; quo ſemel ablato in ſuffo-
„ cationem & gravem hæmoptoen incidit.
„ Iisdem extremis temporibus femur ſupra
„ genua leviſſima vi fractum diſſiliit. . . .
„ Ab eſu qualiumcunque dulcium (ut ſaccha-
„ ratorum, pomorum, pirorum, paſſularum)
„ tam male habuit, ut inde in horrores, æ-
„ ſtus, continuos vomitus per 3 aut 4 dies
„ ſævientes inciderit. Eadem mala ſemel a
„ comeſto raphani fruſtulo per 8 dies per-
„ peſſa eſt. Rheno navi deſcendens peſſime
„ habuit; dein a thermis Baadenſibus quo-
„ que. . . . Adhuc addes, quod 15° ætatis
„ anno de dolore intra articulationum emi-
„ nentes nodos ferveſcente majorem in mo-
„ dum conqueri inceperit. Demum tuſſi &
„ dyſpnœa ſemper angebatur, eaque extre-
„ mo vitæ die in orthopnœam aucta ex bra-
„ chiis continuo ſuſpendi voluit, una ore
„ tetram mephitim exſpirans, a qua ſaniſſi-
„ mus

„ mus volucris caveæ, quæ puellæ vertici „ pendens imminebat, incluſus mox eneca„ tus eſt „. Hæc de capitis ſitu.

c) *Facies* quoque rachiticorum non pauca exhibet notatu digna, aliqua etiam admirabilia. Nam ut de oculis magnis plumbeique coloris, quorum STORCH (a) meminit, & de faciei pallore in ABILDGAARDI (b) puero dicam nihil, facies certe alia eſt occipiente morbo, alia eodem jam manifeſte præſente, alia denique eodem provecto & perfecto, exitiumve minante. C. STRACK (c) a mutato faciei habitu ſano morbum propediem affuturum præſagit, dicens: „plurimum „ intereſt ante noſſe, quam morbus expli„ cuit ſe, puer quod rachiticus futurus ſit; „ in hac enim notitia facilis curationis atque „ prompti ſucceſſus cardo vertitur. Hujus „ hoc indicium eſt: ſi puer (maximeque jux„ ta decimum quintum ſextumve ætatis men„ ſem) faciem pallidam & veluti per tumo„ rem rotundam accepit, inque ea id, quod „ ex genis rubellum eſſe debet, citrei ſul„ phureive coloris flavum habet. Ubi id „ obtinet, paranda medicina eſt. Si curatio

(a) L. c. p. 258.
(b) Vide §. 34. Nro. I. a).
(c) Act. Haſſiac. Vol I. art. 24. p. 163.

„ negligitur, tophi poſt aliquot menſes articulos certo certius occupabunt. Iſtud ſignum patres matreſque familias ſæpe monſtrans docui; qui ubi id in ſua prole eo tempore perſpiciunt, ad me mittunt medicinam præſcriptum „. Et vero faciem tumidulam ſuis in rachiticis BÜCHNERUS (a), CAMERARIUS (b) ac HOFFMANNUS (c) obſervarunt; quæ tametſi haud paucis venuſta ſimul ſit, qualem tres BÜCHNERI (d) infantes habuere, plerumque tamen laxæ ac veluti pendulæ ſunt genæ, ut in duabus BÜCHNERI (e) puellis. Admirabile autem illud eſt, morbo ad interitum vergente faciem ſubito collabi, mortualemque effici, ut ex GLISSONIO ſuperius (f) vidimus; atque tunc infantes vultum ſenum decrepitorum præ ſe ferunt, id quod KLEINII (g) accidit puero, & BÜCHNERI minimæ natu puellæ (h), ejusdemque puſioni (i) „ qui . . . . „ ſe-

(a) Vide §. 32.
(b) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(c) Vide hiſtor. 3.
(d) Vide §. 11. Nro 2 c) & Nro 6. & mox dicenda.
(e) Ibidem Nro 6.
(f) Vide præced. a).
(g) Vide §. 13.
(h) Vide §. 11. Nro. 6.
(i) l. c. §. 7. p. 282.

„ ſequiori ſexu non fortior ejusdem morbi
„ tyrannidi, poſtquam 7 annos & aliquot
„ dies vivendo attigit, ſuccubuit. Balbuti-
„ re, ire poterat, & facultatibus animæ præ-
„ mature valebat, antequam ætatis anno ſu-
„ per 3 menſes expleto ſub plurimis convul-
„ ſionibus & nervorum diſtenſionibus dentes
„ fudiſſet. Quo tempore nodoſus fieri &
„ difficilius gradi incepit, ita tamen, ut ad
„ eundum æſtate expeditior quam hyeme eſ-
„ ſet. Sexto ætatis vix exacto anno omni
„ eundi potentia intercepta in perfectam ſpi-
„ nam incidit. Quoque verno tempore ex-
„ anthema purpureum rubrum expertus eſt,
„ quod copioſiſſima cutis deſquammatione
„ ſolvebatur, atque ab eo per æſtatem me-
„ lius habuit. Sexto anno antequam in per-
„ fectam rachitidem ageretur, bis æſtate va-
„ riolas diſcretas, aquoſas, nec recte ſup-
„ purantes, per 3 dies præeuntibus & con-
„ comitantibus quoque convulſionibus, paſ-
„ ſus eſt. Dyſpnœa ſubinde ſummopere an-
„ gebatur, quæ in ſerinam tuſſim copioſum
„ ſanguinem excutientem ſolvebatur. Quare
„ per 4 hebdomadas nihil ſolidi, nil certius
„ quam hanc dyſpnœam illaturi, ſed fluida
„ ſolum aſſumebat. Huic hæmoptyſi 4 ante
„ obitum ſeptimanis largiſſima narium hæ-
„ morrhagia ſucceſſit. Plenaria etiam alope-
„ cia ½ anno, & major pedum tumor, non
„ tamen ultra malleolos aſſurgens, 4 hebdo-

„ madibus mortem antevertit. Quatuorde-
„ cim quoque ante obitum diebus facies,
„ quæ plena, flaccida tamen & pulchro ru-
„ bore tincta erat, ita collapſa & in rugas
„ contracta eſt, ut vetulam referret; atque
„ ſingulis noctibus ſordibus oculis & naſo ef-
„ fuſis ita conſpurcabatur, ut purgatu diffi-
„ cilis eſſet. Per eoſdem 14 dies urinam,
„ niſi epithemate ad hypogaſtria admoto ur-
„ geretur, per 2 dies retinuit. Porro ad-
„ modum addephagus erat, nec cibo unquam
„ ſatiandus. Et vere epilepticus, ſpuma
„ oris & in pugnum coactis digitis, cum
„ malis ſuis dimicabat. Dimidio jam ætatis
„ anno per 9 dies identidem ſibi ſuccedenti-
„ bus paroxyſmis & cum ſingultibus, æſtu
„ corporis & frequenti frontis frictione jun-
„ ctis, dein 2 dierum induciis factis per 4
„ alios vexabatur. Ita quoque mane in le-
„ cto mortuus repertus eſt, ad amuſſim tota
„ dextra corporis medietate cœruleus, aper-
„ to oculo dextro, ſiniſtro clauſo, & ſpumæ
„ quid ore adhuc referens. Quibus addere
„ potes immanes teneſmos, quibus perpe-
„ tuo, præſertim ad vitæ finem, urgebatur,
„ ita ut eadem hora repetitis vicibus ſellæ
„ imponendus fuerit, modo particula exeun-
„ te ſcybalorum, modo inani conatu „.

d) *Vaſa* capitis denique ſolito capacio-
ra, ceteris corporis vaſis gracillimis, anato-
me rachiticorum exhibuit, id quod aliquoties
ab

ab ſe viſum teſtatur GLISSONIUS (a); ſubdit vero, ſe id pro conſtanti phænomeno haud venditare, ut ut ſemper & ubique obtinere ſuſpicetur; ſiquidem haud prius ſibi in mentem venerit ad hoc phænomenon animum advertere, quam in noviſſimis tantum cadaveribus ſectis. Nihilo minus tamen (b) „ hoc ſignum fortaſſe (inquit) pathognomi„ cum eſt, quamvis obſervatu difficile, nec „ dum nobis ſatis exploratum „. Ex hac autem cephalicorum vaſorum amplitudine plerique inſolitam illam capitis molem in rachiticis repetunt, exiſtimantes per hæc vaſa plus humorum nutrientium ad caput advehi, dum ad reliquas partes ob aliorum vaſorum exilitatem minus defertur. SWIETENIUS (c) dictam capitis magnitudinem tribus adſcribit cauſis, nimirum mollitiei oſſium rachiticorum, abſentibus tenerrima in ætate futuris (nec niſi per membranas cohærentibus oſſibus), ac denique jugularibus vaſis ſolito amplioribus. „ Si jam conſideretur (ait ille), „ copiam & impetum humorum verſus caput „ augeri ob magnitudinem arteriarum & ve„ narum jugularium, patet evidenter, cur „ ob

(a) l. c. Cap. 2. p. m. 15.
(b) Ibidem Cap. 21. p. m. 271.
(c) l. c. ad §. 1487.

„ ob tres has cauſas concurrentes, oſſium „ mollitiem, partem inſignem calvariæ adhuc membranaceam, & copioſiorem ſanguinis appulſum capitis moles augeatur, dum „ reliquæ partes decreſcere videntur potius „. Forte hinc etiam ratio fluit, cur, ut obſervavit J. STORCH (a), fontanella rachiticis infantibus vulgo diu maneat, per quam excurrunt vaſa ſanguine turgida, diametro calamum ſcriptorium quandoque æquantia. Sed quid illud eſt, quod in rachiticis vaſa ad caput euntia uſque adeo ampla efficit? ROSENSTEIN (b) ſpirationem difficilem in cauſa eſſe vult, quæ ſanguinis a capite verſus cor refluxum moratur: quo fit, ut vaſa dicta a collecto uberiori ſanguine ſenſim evadant ampliora facieſque turgida; verum ſi conſideremus grande fuiſſe caput pueris ABILDGAARDII (c), FICKII (d), HOFFMANNI (e), PREUSSII (f), STORCHII (g), ac STRACKII (h) FICKII que

(a)

(a) l. c. p. 258.
(b) l. c. p. m. 393.
(c) Vide §. 34. Nro 1. a).
(d) Vide §. 46. b).
(e) Vide hiſtor. 3.
(f) Vide § 11. Nro 7. d).
(g) Vide §. 14.
(h) Vide ſequ. Nro 5. a) β.

(a) puellis, nec non gemellis ſororibus BÜCHNERI (b), quin ulla tamen ſpirationis impeditæ in horum omnium rachiticorum hiſtoriis reperiatur mentio, neque omiſſum hoc ſymptoma vel ex oblivione, vel quod præterviſum fuerit, in tot ægris quiſquam dixerit; non facile inducemur, ut credamus amplitudinem vaſorum capitis impeditæ ſpirationi eſſe tribuendam.

2. *Thorax* porro e vertebris, ſterno, coſtiſque conflatus quoad ſuam inde figuram magnopere vitiatur; namque GLISSONIO (c) notante „ pectus exterius macrum & „ valde anguſtum, præſertim ſub alis, & a „ lateribus quaſi compreſſum conſpicitur, „ ſternum vero non nihil acuminatum inſtar „ carinæ navis aut pectoris gallinæ „. Et J. STORCH (d) „ conſtitutio thoracis (inquit) in rachiticis infantibus ita habet; „ ſternum exterius viſitur elevatum, & apud „ non nullos a claviculis uſque ad ſcrobiculum cordis figura ac longitudine naturali; „ quibuſdam autem breve eſt ac fornicatum, „ ita ut ſuper illo conſpicuus emineat gibbus: in ſcrobiculo porro cordis profunda

„ re-

(a) Vide §. 46. b).
(b) Vide §. 11. Nro. 6.
(c) l. c. Cap. 2. p. m. 11.
(d) l. c. p. 261.

„ reperitur fovea ; ita tamen, ut abdomen „ turgidum nihilo minus apicem ejus, carti- „ laginem enſiformem, iterum extrorſum „ propellat „. Quod foveam modo dictam attinet, nemo (quod ſciam) illius mentionem attigit præter STORCHIUM ac BOOTIUM (a) ſcribentem : „ coſtæ inferiores ad „ latus foveæ ventriculi introrſum retrahun- „ tur, ac quamdam utrinque velut ſcrobem „ faciunt „. Cum autem vitioſa hæc thoracis figura vel maxime a vitioſa ſterni coſtarum ſpinæque dorſi configuratione ac ſitu proficiſcatur, videre illa hic & jungere oportet, quæ inferius (b) de coſtis ac ſpina dorſi adferuntur. Porro „ horum omnium, inquit „ STORCH (c), ſæpe poſt morbum jam ſu- „ peratum veſtigia adhuc ſuperſunt ; imo „ gibbi adeo etiam increſcunt, ut ad ſpitha- „ mam alti promineant, dum interea cur- „ vata femorum oſſa poſt morbum in pleriſ- „ que iterum emendantur „. Exempla horum omnium videre eſt in 5 ægris BÜCHNERI (d), tribus LENTILII (e), tribus STOR-

(a) l. c. p. m. 30.
(b) Vide ſequ. Nro 5. b) β. γ.
(c) l. c.
(d) Vide præced. Nro 1. b), & §. 11. Nro 2. c) 6. 7. a) §. 30. e).
(e) Vide §. 11. Nro. 7. c), & hiſtor. 4. 5.

STORCHII (a); & quorum hiſtorias dedeſunt CAMERARIUS (b), KLEIN (c), LANGGUTH (d), RUSSEL (e), STRACK (f) & VOGEL (g). In MORELI (h) omnino infante thorax campanam vitream figura ſua referebat. Meretur his adjungi caſus a R. LENTILIO (i) literis proditus: „ A. „ 1696 die 23 Januar. filium ſuum 14 an„ norum adoleſcentem mihi obtulit. . . qui„ dam Nobilis aſthmatis peculiari quodam „ genere correptum, de quo mihi ſequentia „ narravit: a prima infantia nil quidquam „ ſequioris obſervavimus in puſione, quod „ valetudinem ejus poſſet nobis ſuſpectam „ reddere, præter ea, quæ infantibus quaſi „ connaſci ſolent, torminum, dentitionis, „ &c. mala. Loqui autem cum inciperet, „ vitium quoddam tulotiloquentiæ & præcipi„ tati ſermonis obſervatum, neglectum ta„ men; quia leve viſum malum. Informan„ dus

(a) Vide ſequ. Nro 5. b) β. §. 29. d) β. §. 14.
(b) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(c) Vide §. 13.
(d) Vide ſequ. Nro. 5. b) δ. ε.
(e) Vide præced. Nro 1. b).
(f) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(g) Ibidem b) β.
(h) Vide §. 13.
(i) Miſc. med. pract. P. 1. p. 15.

„ dus hinc poſt aliquot annorum decurſum
„ traditus oppidi. . . vicini ludimoderatori;
„ ab eo, ut articulatius loqui diſceret, ſæ-
„ pe duriter eſt habitus, & quod prompte
„ legere didiciſſet, id potius pro aſſuetudi-
„ ne prava quam morbo quodam aut natu-
„ rali vitio reputatum. Quoties enim 3 vel
„ 4 verba loquendo proferebat, abrumpere
„ ſpiritumque e profundo pectoris haurire
„ cogebatur. In aliud oppidum ſtudiorum
„ cauſa delatus vitium ſermonis conſtanter
„ retinuit cum aſthmate vel dyſpnœa potius,
„ & conqueri cœpit, quoties vel 4 paſſus
„ ambularet, de ſpirandi difficultate abſque
„ tuſſi, ronchis, exſcreatione aut alia qua-
„ vis moleſtia. Quæ cum latius . . . re-
„ cenſeret, mihique, licet 14 demum anno-
„ rum, nimis junceus videretur adoleſcens,
„ juſſi ut exutis tunica & induſio thoracis
„ nudi viſundi copiam mihi faceret. Quod
„ ubi factum, video pectus nimis anguſtum,
„ ſternum prominens valde, ſubter ſternum
„ vero, ubi ſpuriæ coſtæ tanguntur, utrin-
„ que foveas magnas intro ſpectantes, quæ
„ pugnum capere poſſent, ſpinam etiam pro-
„ minulam, atque ut rem ſummatim com-
„ plectar, totam cratem in utriſque lateri-
„ bus anguſtiorem, antice vero & poſtice
„ nimium prominentem. Caput & abdomen
„ non quidem enormiter magna, vaſtiora ta-
„ men, quam pro anguſti thoracis modulo.

„ Bra-

„ Brachia & crura gracilia, rite tamen ha-
„ bentia. Addebat pater eſſe feliciſſimo ce-
„ tera ingenio „. Auctor reſpondit rachiti-
dis eſſe omnia hæc reliquias.

3. *Abdomen* vero hocce in morbo nunquam non p. n. plus minus tumet, idque mox per principia morbi, ut omnia obſervata clinica docent, adeo ut non nullis prætumidum ſit, veluti in duabus BÜCHNERI (a) puellis, totidemque FICKII (b) ac LENTILII (c) ægris; & infante RUOFFII (d). In puello GHERLII (e) tanta illius moles erat, totus ut puſio ranæ inſtar nil niſi venter eſſe videretur. Tametſi vero tantopere venter turgeat; externa tamen ejus tegumenta ob deficientem pinguedinem ſunt flaccida; ut in ABILDGAARDII (f) puero. Unde etiam GLISSONIUS (g) „ abdomen (ait)
„ exterius quidem, reſpectu nempe partium
„ continentium, macrum eſt; interius vero
„ reſpectu partium contentarum non nihil
„ pro-

(a) Vide præced. Nro I. b) & §. II. Nro 7. a).
(b) Vide §. 46. b).
(c) Vide §. II. Nro. 7. c), & hiſtor. 4.
(d) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(e) Vide §. 38.
(f) Vide §. 34. Nro I. a).
(g) l. c. Cap. 2. p. m. II.

„ prominens & tumidiuſculum ſentitur „. Cauſæ abdominalis hujus tumoris cum perplures in medium afferantur, ſingulas ſeorſim expendere oportet, ut quid cuique hic tribuendum ſit, eluceſcat. Duplicis autem generis univerſim cauſæ tumoris hujus incuſari ſolent, nimirum vel p. n. abdominalium viſcerum jam horum jam illorum magnitudo, vel p. n. collectio fluidi cujuſpiam in abdominis cavo.

a) *Aquæ* colluvies in abdominali rachiticorum cavo reperitur quidem interdum, at nec ita crebro nec ea unquam copia, ut illi dictus ventris tumor & conſtans & inſignis adſcribi poſſet. Quid enim cochlear ſeri rubelli in STORCHII (a) puella ibi repertum huc contulerit? Ac tametſi in LANGGUTHI (b) puella copioſum ſerum olidum repertum ſit, ventris tamen tumentis alia ſimul cauſa propior (hepar nempe duplo majus) præſto fuit. Et cum ceteri obſervatores nullius aquæ in ventre collectæ meminerint, HEISTERUS (c) de ſectis ab ſe rachiticorum cadaveribus diſerte notat, nec aquam nec aerem in abdomine fuiſſe repertum; GLISSONIUS

(a) Vide ſequ. Nro 5. b) β.

(b) Vide ſequ. N. 5. b) δ. b.

(c) Vide ſequ. e).

NIUS (a) vero „ aquam ſeroſam in cavita-
„ tem abdominis elapſam aliquoties vidit,
„ ſed neque frequenter neque eam valde co-
„ pioſam „: ut proinde idem hic, quod de encephalo, valeat, poſſe nempe ad extremum aquis ventrem inundari, at rarius id, ac diu jam ante tumente aliunde abdomine.
„ Notum eſt, inquit SWIETENIUS (b),
„ in cadaveribus poſt morbos chronicos &
„ languidos fere ſemper in corporis cavis ali-
„ quam copiam ſeri extravaſati reperiri „.

b) *Aer* ventriculi & inteſtinorum in cavo contentus & expanſus a multis pro cauſa dicti tumoris abdominalis habebatur; namque CAMERARII (c) in puero ventriculus & inteſtina ab aere fuerunt inflatiſſima, perindeque in PREUSSII (d) puero eſt obſervatum una cum ileo inteſtino gangrænoſo. In puella STORCHII (e) ventriculum ac tenuia, non item craſſa, inteſtina flatus replevere. In BÜCHNERI (f) porro puella ſola inteſtina aerem continebant, cujus in HEI-

(a) l. c. p. m. 12.
(b) l. c. ad §. 1485. Nro 6.
(c) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(d) Vide §. 11. Nro 7. d).
(e) Vide ſequ. B. 5. b) β.
(f) Vide ſequ. Nro 5. b) δ. 6.

STERI (a) rachiticis tanta vis adfuit, non ſine vermibus, ut inde inteſtina duplo evaſerint ampliora. Contra vero in LANGGUTHI (b) puella ſola inteſtina craſſa turgebant ab aere; imo BURGGRAFII (c) in puero colon tantum modo aerem continebat. RUOFFII (d) autem in ægro tubum inteſtinalem flatus non uſque adeo diſtenderunt. Quid quod in binis STORCHII (e) puellis cum ventriculus tum inteſtina ſecundum naturam reperta ſint? GLISSONIUS (f) quoque in rachiticorum cadaverum ventriculo ac inteſtinis aerem reperit; ſed non niſi mediocriter has partes ultra morem diſtendentem, id quod ad memoratum abdominis tumorem augendum aliquid conferre poſſe recte cenſuit. Quapropter cum tumor abdominis in rachitide ſemper adſit conſpicuus, inteſtinorum autem ab aere diſtenſio ſæpe reperiatur exigua, & interdum nulla, conſtans ille ventris inſignis tumor aliunde, quam ab aere tubum inteſtinalem

(a) Vide ſequ. e).
(b) Vide ſequ. Nro 5. b) δ. 6.
(c) Ibidem b) β.
(d) Ibidem a) β.
(e) Vide §. 29. d) β. & §. 10. I. B. 5. b) β.
(f) l. c. p. m. 12.

lem inflante, ſit oportet. A flatibuſne inteſtina diſtendentibus notabilis ani introtractio in rachiticis eſt repetenda? „ Non eſt præ-„ tereundum . . . ſignum rachitidi perquam „ familiare, inquit ZEVIANI (a), ab ne-„ mine Scriptorum obſervatum, videlicet ar-„ ctiſſima ani contractio & corrugatio, qua „ cutis vicino oſſi ſacro & coccygis magno-„ pere adhæreſcit. Solo hoc ſigno feminæ „ noſtræ rachitidem a quovis alio malo diſ-„ cernunt; at exiguo diſcrimine; ſiquidem „ & aliis familiaribus malis commune ſit „.

c) *Meſenterium* autem in rachiticis ſæpius vitia, unde venter tumere queat, in ſe continet, præſertim quoad vaſa & glandulas; harum enim tumores duros cum illorum infarctu in cadaveribus repererunt cum BURGGRAFIUS (b) tum MITTELHAUSERUS (c). Neque ſecius tumidas duraſque glandulas LANGGUTH (d) ſua in puella invenit, ſcirrhoſque in meſenterio TACCONI (e) femina exhibuit. HEISTERUS (f) glan-

D 3 du-

(a) l. c. Cap. I. §. 8. p. 5.
(b) Vide ſeq. Nro 5. b) β.
(c) Vide ſequ. e).
(d) Vide ſequ. Nro 5. b) δ. 6.
(e) Vide §. 25.
(f) Vide ſequ. e).

dulas pugnum quandoque magnas obſervavit. Alias tamen avellanarum, fabarum, piſorumve molem haud excedunt, ut in RUOFFII (a) infante duabusque STORCHII (b) puellis. Alias denique nihil in meſenterio p. n. reperitur, quale in CAMERARII (c) puero repertum eſt. Hanc ipſam in meſenterio varietatem GLISSONIUS (d) obſervavit „ meſenterium (inquiens) aliquando in„ culpatum, aliquando glandibus juſto majo„ ribus, ſi non ſtrumis, affectum „: ut proinde abdomen rachiticorum nunquam non tumidum a meſenterii glandulis interdum leviter tantum, alias nullatenus infarctis repeti nequeat; inflatas autem has glandulas ad tumoris abdominalis augmentum non parum conferre, in propatulo eſt.

d) *Lien* quoque non eadem ſemper mole ac facie reperitur; jam enim ſecundum naturam eſt, jam ſolito vel major vel minor, &c. de quo GLISSONIUS (e): „ notavi„ mus . . . lienem ut plurimum (quantum „ nempe hactenus nobis vidiſſe licuit) non „ con-

---

(a) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(b) Ibid. b) β, & §. 29. d) β.
(c) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(d) l. c. p. m. 12.
(e) Ibidem.

„ contemnendum, ſive magnitudinem ſive co„ lorem & ſubſtantiam ejus ſpectes; quam„ vis propter complicationem cum aliis mor„ bis aliter accidere poſſe non negemus „. Solito ſane majorem BENEVOLI (a) repe-rit; magnus quoque ac ſanus erat in GRASSII (b) puero; ſcirrhoſus contra omniumque abdominalium viſcerum maximus in PREUSSII (c) puero: angulоſus vero tantum, cetera ſanus obtigit bimulæ STORCHII (d), atque in plurimis aliis ex toto ſecundum naturam, imo in BÜCHNERI (e) puella minor etiam ſolitoque durior comparuit. Qui proinde etſi, dum ſolito major eſt, molem ventris intendere poſſit, omni tamen in caſu pro ventris inflati cauſa haberi neutiquám poteſt.

e) *Hepar* autem haud dubie princeps eſt cauſa, cur venter in rachiticis p. n. tumeat; quippe quod nunquam non inſolitæ molis ac ponderis, ut ut cetera ſanum, in cadaveribus fuerit notatum: unde factum, ut non pauci morbum rachiticum nomine magni he-

 patis

(a) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(b) Vide §. 29. e).
(c) Vide §. 11. Nro 7. d).
(d) Vide §. 29. d) β.
(e) Vide ſequ. Nro 5. b) δ. 6.

patis donarint; præſertim cum in vita circa dextrum vel maxime hypochondrium tumor ſit conſpicuus. SWIETENIUS (a) „ curandos ſæpius habuit infantes, quos matres ſollicitæ dicebant laborare *magno hepate* , dum rachitide ægrotabant manifeſte „. Unde & A. BOOTIUS (b) „ dextrum (ait) hypochondrium tumeſcit totum „ tumore æquali magno ac renitente, ſic ut „ digitos ſub coſtas nothas adigere non poſſis. Et ſane omnis mali vel origo vel fomes latet hoc in loco . . . Tumor iſte „ cum pectoris aliqua anguſtia ſtatim in ipſo „ morbi initio apparent , ſic ut interdum „ quidem ambo iſta ſimul eodemque tempore ſe prodant, alias vero vel hoc vel illud altero non nihil anterius fit „ . Perinde etiam J. STORCH (c) „ abdomen (ait) „ magnum durumque efficitur, jecurque grande dextro præſertim in latere viſu tactuque manifeſte detegitur „. Luculentum hujus rei ſpecimen in propria ſua prole intueri ipſi contigit (d). Et vero quod in vita loci tumor innuit, a morte ſectiones confirma-

(a) l. c. ad §. 1480.
(b) l. c. p. m. 31.
(c) l. c. p. 258.
(d) Vide §. 11. Nro 1. B. c).

marunt. Enim vero „ notavimus, inquit „ GLISSONIUS (a), hepar in omnibus a „ nobis diſſectis juſto majus, alias autem „ non male coloratum, neque valde induratum, „ aliove aliquo vitio notabili contaminatum. „ Excipienda hic volumus non nulla „ corpora, in quibus ante obitum alii mor- „ bi cum hoc implicati fuerunt, quem ad „ modum in hydropico & extreme tabido „ meminimus „. Et BOOTIUS (b) „ ego „ ſane (ait) cum complura corpora utravis „ hujus morbi ſpecie exſtincta ſecuerim, „ autopſia deprehendi rem ita ſe habere; „ neque unquam mihi adhuc infantis iſto „ morbo defuncti corpus aperire contigit, „ in quo non prægrande ejusmodi hepar re- „ pererim „ quale & in puero GRASSII (c) repertum. Mirum autem eſt, jecur tantæ molis nihil plerumque morboſi exhibere, ſed per omnia ſanum eſſe, ſi RUOFFII (d) caſum demas, ubi maximum jecur ſimul durum pallidumque fuit, coloris autem velut ex inflammatione cæruleo-rubri in bimula STORCHII (e). Sæpe vero inſignis omnino

(a) l. c. p. m. 11.
(b) l. c. p. m. 33.
(c) Vide §. 29. e).
(d) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(e) Vide §. 29. d) β.

no eſt hujus viſceris magnitudo, teſto BOOTIO (a) „ita ut plerumque duplo imo fere „ triplo majus ſit, quam par erat, totam- „ que anteriorem epigaſtrii partem occupet, „ & ipſum quoque ſiniſtrum hypochondrium „ attingat, interdum quoque impleat„. Duplo certe majus erat ſanumque in LANGGUTHI (b) puella; vitulino majus, exterius maculoſum, ſanum intus in CAMERARII (c) puero. In J. F. DILLENII (d) puſione fere bimulo ex tabe rachitica, crebris in fine obortis convulſionibus, egeſto ante per anum longo lumbrico, repente mortuo, præter ventriculum extenuatum & vix 7 tranſverſos pollices longum, pulmoneſque ſat vaſtos & pro parte lividos ac nigricantes, vivumque in tenui inteſtino lumbricum repertum, hepar appendebat amplius unc. xj, in bimula STORCHII (e) unc. xv, in WOLFFII (f) infante unc. xviij, inque alia STORCHII (g) puella unc. x. Unde ſatis

(a) l. c. p. m. 32.
(b) Vide ſequ. Nro 5. b) ∂. b.
(c) Ibidem a) β.
(d) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 9. obſ. 240.
(e) Vide §. 29. d) β.
(f) Vide præced. A. Nro. 1.
(g) Vide ſequ. Nro 5. b) β.

ſatis liquet, tantam ejus molem cum ceteris abdominis partibus tum ipſi quoque thoraci vitalibuſque organis nocumento eſſe debere; in abdomine enim cetera viſcera loco movet, ac præ primis inteſtina deorſum compellit, velut in RUOFFII (a) infante ac STRACKII (b) puella, ſicque univerſum abdomen in tumorem durum attollit. De thorace alias (c) dicetur. Quæ cum ita ſint, mirari ſubit, non nullos obſervatores nullam jecoris magni in rachiticorum cadaverum ſectionibus ab ſe factis mentionem injeciſſe: J. D. MITTELHAUSER (d) in biennis pueri ab anno jam rachitici atque ex violenta cranii depreſſione mortui cadavere meſeraicas arterias reperit ſanguine ſubnigro adeo diſtentas, ut minimi etiam plexus arterioſi inteſtina & meſenterium cingentes fuerint conſpicui; meſeraicæ vero glandulæ diſtentis ſanguine vaſis cinctæ ſubtumidæ, molles tamen, videbantur, ceteris omnibus viſceribus (ergo etiam hepate?) ſecundum naturam ſe habentibus. Forte hepatis, ut ut grandis, rationem minus eſſe duxit habendam, quod nihil alioquin

(a) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(b) Ibidem.
(c) Ibidem β. γ. & §. 11. b. e. f.
(d) l. c. p. 5.

quin p. n. in eo reperiſſet, nec ad Auctoris theoriam quidquam faceret. At quid eſt, quod L. HEISTERUS (a) in complurium rachiticorum ſectionibus minutiſſima quæque obſervata percenſens hepatis ne verbulo quidem meminerit? Narrat ille Wetzlariæ magnum rachiticorum infantum fuiſſe numerum, quorum multi ſub ſuum illuc cum MOELLERO adventum jam peſſime affecti, debiles & extenuatiſſimi ſunt inventi. Intra triennium 6 vel 7 cadavera nactus eſt 2 vel 3 annorum ſecanda. In abdominis tempore vitæ ut plurimum prætumidi cavo nec aer nec aqua reperta; inteſtina vero a contentis flatibus duplo fere, quam in ſanis ampliora fuere, ac vermes plerumque multo cum muco occuluere. In pleriſque etiam glandulæ meſenterii induratæ, & in non nullis pugnum magnæ; hiſque durities ventris major quam aliis in vita fuit. Similia etiam tubera in non nullorum pulmonibus reperta, brevis ac laborioſæ ſpirationis in vivis cauſa. Caput cerebrumque perinde omnibus fere permagnum (cui acumen ingenii debebatur), cetera nullatenus culpandum. Propter inſignem ſpinæ dorſi pedumque in vita debilitatem ſollici-

(a) Medicin. und Chirurg. Wahrnehm. 1 Band Nro 12.

licite luſtrata eſt medulla oblongata ac medullæ ſpinalis principium, ſemperque in hac animalis viſceris parte portio aliqua durior, quam in aliis ejuſdem ætatis morbis, reperta eſt. Ex hac anatome inferri poſſe videtur, hepar hiſce in cadaveribus, cum nulla ejus fiat mentio, nullatenus ac ne mole quidem a ſtatu naturali abluſiſſe, ac proinde p. n. jecoris magnitudinem in rachitide haud ita conſtanter, ac prætenditur, adeſſe; quippe quæ, ſi adfuiſſet, tam præclari anatomici oculos in 6 vel 7 cadaveribus non effugiſſet. Verum SWIETENIUS (a) reponit, ſectiones has ab Auctore juvenili in ætate tempore ſui ſtudii ſub MOELLERO praxeos magiſtro fuiſſe inſtitutas; obſervationes vero exacto 70° ætatis anno ab ipſo fuiſſe editas: proinde ea forte tantum, quæ morboſa reperit, ipſum adnotaſſe, neglectis non morboſis, ut erat jecur, licet mole grandius. At jure SWIETENIO reponi poteſt, capitis cerebrique, etſi alioquin haud morboſi, magnitudinem inſolentem ab HEISTERO fuiſſe connotatam; cur igitur hepatis, ſi prægrande inveniſſet, non meminiſſet? Veri ergo ſimilius eſt, aut memoriæ lapſu aut errore typographi accidiſſe, ut grande inventum jecur aut inter ſcribendum anno ætatis 70° (in juventute enim, quo tem-

(a) l. c. ad §. 1485. Nro 6.

tempore ſectiones illæ factæ erant, obſervationem hanc non fuiſſe in chartam conjectam, vel inde ſuſpicari licet, quod numeri cadaverum ſectorum non bene memor ignoret, ſexne an ſeptem fuerint, id quod ignorare, dum ſecabat, haud poterat) non ſuccurrerit, aut ſi adnotatum erat, a typographo fuerit prætervíſum omiſſumque. Permirum enim foret, ab ſolo fere HEISTERO in 6 vel 7 cadaveribus rachiticis jecur nunquam ſolito majus fuiſſe conſpectum, quod alii omnes ingentis plerumque molis invenerunt. Sed & illud ad hepatis rachiticorum hiſtoriam eſt addendum, quod bilis ejuſque veſicula interdum in p. n. ſtatu reperiantur. Juſto majorem cyſtidem felleam cum ingenti hepate STORCHII (a) puella habuit; viridiſſimam in cyſtide bilem reperit BURGGRAFIUS (b), imo ejus loco aërem tantum BÜCHNERUS (c), limpidam vero aquam omniſque expertem ſaporis WOLFFIUS (d). Denique „notamus, inquit GLISSONIUS (e), in genere de viſceribus omnibus in hoc ventre „con-

(a) Vide ſequ. Nro 5. b) β.
(b) Ibidem.
(c) Ibidem b) δ. 6.
(d) Vide præced. A. Nro 1.
(e) l. c. p. m. 12.

„ contentis, quod licet partes ea continen-
„ tes, ut ſupra monuimus, multum extenua-
„ tæ & emaciatæ occurrant, ipſa tamen æ-
„ que magna ac plena, ſi non majora, ut
„ de hepate dictum, quam in ſanis depre-
„ henduntur „. Certe licet nec pancreas nec renes ipſe (a) ſolito majores reperiſſet, STORCHII (b) tamen in puella pancreas, nec non in BENEVOLI (c) puero juſto erat majus, majoreſque renes reperit WOLFFIUS (d). Aſt hæc rarius occurrunt, nullumque abdominalium viſcerum cum hepate quoad excedentis magnitudinis molem & conſtantiam comparari poteſt. Tametſi autem grande ita hepar cetera plerumque ſanum ſit, aliquando tamen etiam vitio interno haud caret, ut in T. BONETO (e) videre eſt. Verum ſeu jam ſolum hepar juſto plus increverit, ſeu aliæ quoque hactenus memoratæ partes fuerint grandiores, nunquam non abdomen rachiticorum in p. n. tumorem elevatur, præſertim circa hypochondria, ut propterea Germanis rachitis *der Ribbe-Kuchen* etiam audiat.

(a) Ibidem.
(b) Vide ſequ. Nro 5. b) β.
(c) Vide ſequ. Nro 5. a) β.
(d) Vide præced. A. Nro 1.
(e) Sepulcr. L. 2. S. 12. additam. Obſerv. 2.

diat. Miror autem E. HAGENDORNIO (a) malum hoc ab rachitide vel potuiſſe diverſum videri; quandoquidem per omnia in illo hujus ſymptomata eluceſcunt: „ dudum „ apud noſtrates pueris bene multis (narrat „ ille) familiaris fuit affectus quidam, mu„ lierculis *der Ribbe-Kuchen* dictus, vel ut „ I. HAYNIUS (b) reddidit, *der rothe Ku-* „ *chen*, vel ut alii vocant *das Herz-Geſperr* „ . . . *Herzgeſpann*, ſi pariter utraque hy„ pochondria tumor ille occupat. Sunt, qui „ ita loquuntur, *die Kinder ſind unterwach-* „ *ſen*. Quo ſymptomate affecti ſub coſtis „ ſpuriis inflationem hypochondriorum cum „ duritie quadam conjunctam, comite abdo„ minis tumore præduro tympaniæ inſtar, „ oſtendunt; ut plurimum difficulter una re„ ſpirant tuſſiuntque: toto inſuper corpore „ languent; difficulter vel plane non, per „ ætatem licet deberent, ambulant, cruribus „ quaſi cereis & in quodcunque latus flexili„ bus; ut nihil de macie & carnis muſculo„ ſæ flacciditate dicam. Interea optime in„ gerunt, adeo ut plerique ex illis potius „ ſint voraciſſimi, & matres per ſingula mo„ menta ad fercula offerenda ſollicitantes.

„ Qui-

(a) Hiſtor. med. phyſ. Cent. [illegible]. hiſt. 27.
(b) De morbo tartar. p. m. 120.

„ Quidam diarrhœa ſimul laborant, abdomi-
„ ne nihilo minus tumido & renitente; qui-
„ dam vice verſa alvi ſunt conſtipatioris,
„ non niſi continuis ſolutivis fatigandi. Non
„ nulli alimenta ingeſta per vomitum reji-
„ ciunt, præſertim tuſſientes. Multi in ſom-
„ num ſunt proclives; in quo quaſi aſthma-
„ tici ſtertunt. Sunt, qui in modum rachi-
„ tidis ſpinæ dorſalis curvitatem vel coſta-
„ rum extuberantiam vel excreſcentias no-
„ doſas circa articulos manuum pedumque
„ experiuntur. Cujuſmodi miſeræ ſortis in-
„ fantes ſæpenumero . . . vidi, non nullis
„ eorum, quibus medicina non fuit faſtidio,
„ a me curatis; quibuſdam vero, qui ean-
„ dem abhorruerunt, & malum per longas
„ invaluit moras, leto datis „. Quis jam non videt, omnia hic allata ſymptomata non tam ſimilia eſſe rachitidi quam ipſam potius rachitidem? Notatu hic non indignum eſt, obſervationem hanc (quantum ex præcedente eam hiſtoria 21ª & ſequente 28ª conjicere licet) ſcriptam fuiſſe inter annos 1670 & 1686; & cum dudum jam ante fuiſſe dicat notum hoc malum apud Gœrlicenſes, clarum eſt, epocham rachitidis ibi obſervari cœptæ cum Anglica eandem propemodum eſſe debere.

4. *Artus* quoque cum ſuperiores tum inferiores ad habitus deformitatem in rachiticis plurimum faciunt. Hæc quidem ut plu-

rimum ab oſſium ad eos pertinentium, de quibus paulo poſt (a) dicetur, vitiis pendet; ſed præter vitiatam oſſium figuram alia quoque his in artubus vitia in oculos incurrunt, ut ſunt macies, gracilitas, debilitas, & abnormis menſura. De macie ſuperius (b) actum eſt; debilitas vero totius inferius (c) adferetur: ſola ergo menſuræ abnormitas hic paucis dicenda eſt. Obſervatur nempe in rachitide p. n. brachiorum longitudo, quam ſolus, quod ſciam, ZEVIANI (d) inter phænomena hujus morbi retulit; ſed nihil (me judice) hic eſt præter naturam: quippe quæ inſolens brachiornm longitudo tantum modo ſit apparens, nimirum in comparatione ad menſuram ceterarum partium. Cum enim alibi (e) dictum ſit, rachiticos ſtatura ut plurimum eſſe humiliore ob impeditum omnium pene artuum debitum incrementum, ſola artuum ſuperiorum oſſa, ut quæ nullam aliarum partium experiantur preſſionem, juſtum videntur nanciſci incrementum; unde eorum longitudo p. n. eſſe apparet. Interdum tamen

men

(a) Vide ſequ. Nro 5. b) 3.
(b) Vide præced. A. N. 1.
(c) Vide §. 11. Nro. 1.
(d) l. c. Cap. 1. §. 9. p. 6.
(e) Vide præced. A. Nro 3.

men evenit, ut vel alterutrum brachium vel pes alteruter alterum longitudine excedat. KLEINII (a) puero dexter pes longior ſiniſtro fuit. Conſtanter quoque in gibboſis ex rachitide obſervavi digitos in comparatione cum reliquo corpore ſemper eſſe longiores.

5. *Oſſa* denique rachitici habitus luſtranda ſuperſunt, quorum a conformatione vitioſa omnis pene rachiticorum deformitas proficiſcitur. In his vero numeroſa prorſus vitia ſe ſe exſerunt adeo, ut rachitis merito inter morbos oſſium a PETITO (b) referatur. Melioris autem ordinis gratia viſum eſt primum communia omnium oſſium vitia, tum vero quæ in præcipuis eorum reperiuntur, ſeorſim dicere.

a) *Communia* rachiticorum oſſium vitia ſunt

α. Oſteogenia anomala. D'AUBENTON (c) ſceleton deſcribit rachiticæ 3 pedes ac 2 pollices longum; licet ex oſſium ſingularium dimenſione atque oſſificationis progreſſu obſervato credibile videretur, ſemi-

(a) Vide §. 13.

(b) l. c.

(c) Hiſtoire naturelle avec la Deſcript. du Cabinet du Roy C. 3. p. 74. ſq.

minam 18° aut 20° ætatis anno ex rachitide obiiſſe: in quo, ut ut oſſa propriis ligamentis cohærentia, quantum fieri poterat, nativo in ſitu manſerant, tot tamque varia oſſium vitia viſebantur, ut de exacta illorum deſcriptione deſperarit. Præcipua tamen vitiorum capita erant mollities & oſteogenia anomala. Namque oſſa pleraque ſecundum ſuam longitudinem fuere diverſimode complanata. Parietalia vero oſſa quibuſdam in locis 6 lineas erant craſſa, in aliis contra præ tenuitate pellucentia; quæ tenuitas etiam in oſſibus occipitis, frontis ac temporum paſſim notabatur. In alio ſceleto (a) depicto notat ope literæ E medio in loco oſſium humeri, radii, ulnæ, femorum, tibiæ ac fibulæ juncturarum quaſi veſtigia per omnem oſſis ambitum; in coſtis quoque ſimile quid viſebatur, a STORCHIO (b) quoque obſervatum. Ambigebat primum, num veſtigia eſſent fracturarum per callos reunitarum; ſed cum non ſatis appareret, qui tot oſſa uno in corpore frangi denuoque coire potuiſſent: maluit omne id rachitidi tribuere, ſolennem oſteogeniæ ordinem turbanti, ita ut, dum alias oſſificatio a medio oſſis occipit verſus fines, hic media oſſium pars diu manſerit cartilaginea ob oſſi-

(a) Ibidem p. 76.
(b) Vide ſequ. b) β. & γ. b.

oſſificationem a finibus eorum cœptam ac medium verſus propagatam, relicto ita concurſus ſui ibi veſtigio inſtar juncturarum. Plura alia oſteogeniæ anomalæ exempla profert J. STORCH (a), partim ab ſe partim ab aliis viſa. Plura huc facientia oſteogeniæ vitia exhibet morboſorum oſſium collectio HOVIANA ab A. BONN (b) deſcripta.

β. *Mollities* p., n. Mirum eſt negatam fuiſſe a GLISSONIO (c) „conjectarunt „aliqui (ſcribente) oſſa in hoc affectu inter- „dum eſſe flexibilia inſtar ceræ; ſed nos „nuſquam id vidimus, neque ab oculato te- „ſte fide digno relatum audivimus: quare „ut fabuloſum hoc ſignum plane rejici- „mus„. Ea propter deinde multi hujus phænomeni in morbi deſcriptione non meminerunt. Verum tametſi tantus mollitiei gradus, quantus tractabili in cera eſt, nunquam certa fide fuerit obſervatus, mollitiem tamen rachiticorum oſſium indubia alia phænomena evincunt, videlicet facilis horum oſſium ex compreſſione applanatio ac ſciſſilitas. Latiora ſane ſolito fuerant oſſa longa artuum in

(a) l. c. p. 260.
(b) Deſcript. theſauri oſſium morboſor. HOVIANI Nro 278. ſqq. p. 84.
(c) l. c. Cap. 13. p. 133. Cap. 21. p. 269.

KLEINII (a) puſione, atque in BÜCHNERI (b) puella „ cavum oſſium fiſtuloſorum „ ex binis oppoſitis lateribus admodum com„ preſſum erat, ut cavitas cylindrica in pla„ nam & parallelogrammi formam mutata eſ„ ſet „: quod utique evenire haud potuit, niſi ex ipſa oſſium alias teretium compreſſione ob mollitiem p. n. ſubſtantiæ compactæ. Porro in STORCHII, (c) infante bimulo oſſa brachiorum uſque adeo fuere mollia, ut ceræ inſtar perſcindi ſe ſe ſiverint. Ante mortem adhuc in antibrachii humerique oſſibus tactui occurrebant nodi, qui e prævia fractura ſanata enati cenſebantur; at ſecto in cadavere oſſeos reapſe tumores eſſe apparebat, ejuſdem quoque mollitiei, ut cultro ſcindi potuerint. „ Puella, refert C. STRACK „ (d), ob rachitidem, quam ad 12 ætatis „ annum traxerat, vitioſi corporis habitus „ facta contabuit. Diſſecto cadavere ingens „ & ſupra modum grande hepar conſpexi, „ quod mole ſua cetera infimi ventris viſ„ cera alia loco pepulit, alia maximeque „ inteſtina compreſſit, ex quibus hinc ali-

„ qua

(a) Vide §. 13.
(b) l. c. p. 281.
(c) l. c. p. 270.
(d) l. c. p. 159.

„ qua portio anguſtata craſſi lumbrici figu-
„ ram, illinc altera ampulloſa veſicarum for-
„ mam induit: quæ res tardum difficilemque
„ ſtercoris exitum effecit. Ex incurvis oſſi-
„ bus fortiſſimum femur perquirendum ſele-
„ gi, quod medium, qua parte ſubſtantia
„ compacta eſſe debuit, tenui ſcalpello uno
„ ictu quaſi lardum in orbes diſcidi; adeo
„ enim molle id erat „. Id ipſum quoque in rachitico infante 11 annorum obſervavit C. A. RUOFF (a). Fuit is 6 vel 7 annos rachiticus, ventre tympaniticorum ad modum tumente, pedibus incurvis, elevato gibboſoque pectore, articulis nodoſis, cum totius corporis macie. A morte ſectus eſt. Inteſtina aere mediocriter tantum diſtenta, ſed compulſa deorſum viſebantur ab immani hepatis mole. Ex abdomine aperto penetrantiſſimus acor exſpirabat. Sanguis ſuccuſque ex vaſis exſtillans lentus, valde tenax, digitos conglutinabat. Glandulæ meſenterii, alias vix conſpicuæ, hic aliæ piſa aliæ globulos æquabant. Oſſa tam fuere mollia, ut incurva tibia aliaque ſcalpello diſcindi levi

 niſu

(a) De morbis ex ſtructura glandular. p. n. natis Cap. I. art. 2. Nro 15. (in HALLERI diſput. medic. pract. T. 6. Nro 190. p. 11.) Reſp. J. ZELLER.

niſu potuerint, ſanguine turgentia. Utroque in latere, ubi ſternum coſtis unitur, inſignes aderant nodi, diſciſſi ſanguinem ſtillantes. Dorſi etiam vertebras cultri acies facile diviſit. Quænam autem hujus p. n. mollitiei oſſium cauſa ſit, quæſitu eſt utile; eo quod illa cognita propius ad naturam cauſæ morbi proximæ detegendam adducamur. Solide hoc negotium rimatus eſt SWIETENIUS (a), cujus præcipua momenta hic in ſummam cogam. Credit ille mollitiem rachiticorum oſſium defectui terræ in illis deberi; eo quod per terram cartilaginibus ope arteriarum advectam illæ in oſſa abeant, & viciſſim hæc ablata ex iis terra ad cartilaginum ſtatum reducantur. Namque ſi in ovo incubato geneſin oſſium attentus obſerves, iſthæc primo ſuo in ortu nil ſunt aliud, quam molle gluten animale, quod in ovo incubato poſt breve tempus abit in pellucidam cartilaginem; hæc vero ſenſim in os duratur, cujus metamorphoſeos occipientis ſignum eſt, dum cartilago in aliquo ſui puncto incipit opacari, flaveſcere, ac in ea compages fibroſa apparere, prius non conſpicua, apparente ſimul tunc ibidem rubore ab ſanguine per dilatatas jam arterias fluente, quo tempore oſſea quoque

(a) l. c. ad §. 1485. Nro 8.

que durities eodem in loco percipitur. Illud autem, quod per dilatatas arterias cum ſanguine advectum cartilaginem prius elaſticam durum in os mutat, terram eſſe varia experimenta evincunt. Nam ſubducta duriſſimo annoſoque jam oſſi terra iſtud cartilaginis indolem rurſus recuperat. Enim vero annoſa cemeterii calvaria in aqua forti, copioſa aqua diluta, macerata evaſit uſque adeo iterum elaſtica, ut in pavimentum projecta pilæ inſtar in altum reſilierit; non aliam ob cauſam, quam quod calvæ hujus terra ab acido fuerit ſoluta; inſtillato enim alcali fixo terra præcipitabatur. Porro a rubia tinctorum cum cibo animalibus data tinguntur oſſa colore rubro; non aliam autem eorum partem præterquam terreſtrem tingi argumento eſt, quod cartilagines, antequam oſſeſcant, colore hoc non imbuantur, neque callus fracta oſſa uniens, antequam oſſis naturam induat. Et ſi oſſa id genus rubra in acido macerentur, ſoluta in eo terra perit una omnis illa rubedo, oſſaque in decolorem cartilaginem vertuntur, atque terra oſſium acido unita ſalem neutrum præbet in cryſtallis. Denique in annoſa gallina tophos podagricorum ſimiles (qui nil aliud ſunt, quam terra oſſium) circa digitos pedis habente rubia tinctorum eſui data totam horum tophorum terram ſaturato rubore tinxit, quæ dein in acido diluto ex toto ſol-

vebatur. Tandem in juniori porco creſcente, cui os femoris transverſim præciſum eſt, experimenta cum rubia capta docuerunt, quam diu rubia tinctorum cibis addebatur, ab illa os aſſiduo plus rubuiſſe, adeo ut intra menſem inſignis craſſitiei oſſis pars rubuerit; omiſſa autem ex cibis rubia illam oſſis partem, quæ ab hinc ſuccrevit, nullatenus rubuiſſe; addita vero denuo cibis rubia, ruborem iterum adveniſſe: ſicque os circulis rubris & albis variegatum evaſiſſe. Ubi autem in 6 hebdomades non amplius dabatur cum cibo rubia, omnem interea rubedinem ex oſſe evanuiſſe. Intra hoc igitur tempus omnes partes terreæ a rubia tinctæ vi vitæ iterum ex oſſe detritæ, ſolitiſque viis ex corpore eliminatæ ſunt, earumque in locum aliæ decolores per vaſa allatæ. Ex his itaque omnibus ſatis liquet, illud, cujus acceſſione cartilagines in oſſa mutantur, nil niſi terram eſſe, hacque ſubducta duritiem oſſium in elaſticitatem iterum migrare; imminuta vero tantum modo terræ hujus copia oſſa dura molleſcere. In rachiticis autem videtur terra non ſufficienti quantitate ad oſſa advehi: quo fit, ut ex parciori juſto terra ad cartilagines in oſſa vertendas advecta medium quoddam (ut ita dicam) corpus inter os & cartilaginem, vel certe imperfecta oſſa generentur, i. e. corpora neque ex toto elaſtica, neque ex to-

to

to dura ; ſed quæ priſtinam ſuam flexilitatem aliquatenus retineant, ac pro elaſticitate duritieque mollitiem nanciſcantur. Atque ex hac ipſa mollitie ratio patet, cur oſſa longa interdum reperiantur varie contorta, velut os claviculæ in LANGGUTHI (a) puella. Terræ autem in rachiticis oſſibus defectus duplici ex cauſa promanare poteſt, nimirum vel quod ab acido rachitico, de quo alibi (b), ſoluta terra illud nequeat excutere & ſolidum ad ſtatum in oſſibus pervenire, vel quod terreſtres illæ partes ad oſſa devehendæ errore naturæ non tam ad oſſa quam ad alias potius partes (v. g. viſcera, glandulas, &c.) deponantur. Luculenta hujus rei exempla Obſervatores memoriæ prodiderunt. A. CAMERARIUS (c) ſecuit cadaver pueri rachitici (cujus fratres ſororeſque pene omnes rachitide laborarunt), capite magno, turgida facie, imbecillis gracilibuſque, at nec recurvis nec diſtortis pedibus, corpore atrophico, magno ac tenſo ventre deformis, qui diu ægre ſpirans cum aſſiduo æſtu ac ſudore, mirabilique voracitate, pedibus ad corpus retractis diu jacens, donec octiduo ante fatum

(a) Vide ſequ. b) ∂ §.

(b) Vide §. 22.

(c) Act. nat. cur. Vol. I. Obſ. 53.

tum eos iterum extenderet, demum anno vitæ 5° proxime complendo ex improviſo obiit. Origo omnium horum malorum tribuebatur fracturæ oſſis femoris dextri ex lapſu in planam hypocauſti aream, cujus curatio protracta eſt in 4um fere uſque menſem, puero abhinc non valente plus pedibus inſiſtere, ne dum ambulare; qui tamen diu ante fracturam variolis feliciter functus ſanuſque viſus expedite ambulabat. Vix pes fractus meliorem in ſtatum rediit, cum aliud ſucceſſit malum, tres nempe tumores ſibi per omnia ſimiles, unus in lævo frontis cornu, alter in humero dextro ſupra cubiti flexuram, tertius in antico femore lævo ſupra genu, cuti omnes concolores. Frontis tumor ovum æquabat, durus, indolens, diu in eodem manens, nullo unquam calore ruboreve contracto: tandem ubi major penituſque mollis evaſit, apertus nil niſi multo ſanguine fluido effuſo reliquit ad mortem uſque ulcus planum ſine ullo tumore. Humeri vero tumor, quod jam minui jam increſcere cerneretur, nunquam apertus fuit. In femore denique ovum anſeris exæquans, cuti licet concolor, interdum tamen in medio rubeſcebat, at nec multum nec diu. Poſtremi duo tumores in ſeſquiannum durarunt, nunquam ſeu ſponte ſeu arte aperti. A morte frontis ulcus, olim humidum, ſiccum repertum, cutis retra-

cta,

cta, cranium oboli plaga pericranio nudatum, circum circa vero membrana denſa, ſpiſſa, ſimilis dicendæ in humero ac femore. Sub hac cranium floreni amplitudine tenue (quaſi unica tabula ſupereſſet), arroſum perforatumque fuit; at nec nigrum, nec niſi leviſſime cariem redolens. Subjecta dura mater fuit vere dura ſpiſſa tenaxque, qua inciſa plurimus prodiit ſanguis fluidus, ſubtus pia matre cerebroque illæſis. Porro ſupra humeri dextri cum cubito flexuram reperiebatur proxime ſub integumentis tunica quædam ſpiſſa, quaſi cartilaginea, materiam continens albam caſeoſo coagulo ſimilem; qua emiſſa comparuit os exeſum & conſumptum, ut hiatus tranſverſus digitum caperet; reliquum oſſis utrinque jam digiti latitudine arroſum perforatumque digitis prementibus cedebat. Reſiduum oſſis ad axillam æquale, album, ſolidum comparuit, illæſis etiam oſſibus cubiti. In femore denique ſecundum longitudinem inciſo ſimillima reperiebatur priori tunica vere cartilaginea tumorem veſtiens, continensque perinde caſeoſum coagulum, paulo tamen ſpiſſius, inodorum, circ. ad unc. iij. Hic viſu tactuque patuit, defuiſſe ſub hoc tumore os in medio ſui tractu ad longitudinem digiti prorſus conſumptum, ſalva parte ejus ſuperiore ad coxam & breviore ad genu. Uti nulla in tegumentis putredo,

tredo, ita nulla in oſſe ſub iis nigredo nec fœtor; ſed quæ ſuperfuere conſumpto de oſſe fruſtula, fuere perroſa, alba omnia. Oſſis defectum ſupplebat tumor dictus, fracturam quaſi firmando, ut rectum nihilo minus maneret femur; reliquum oſſis femoris nil vitii præbuit. In triplici hac carie alba nuſpiam oſſa p. n. tumebant. Ceterum ventriculus & inteſtina mirifice fuere inflata. Hepar vitulino majus etſi in ſuperficie aliquot purpureas haberet maculas, interna tamen ſui ſubſtantia fuit ſanum. Cetera abdominis contenta ſecundum naturam reperiebantur. Pectus anticum acuminatum, coſtæ vero utrinque depreſſæ, thoracifque cavum anguſtatum. Hinc pulmones parvi, lividis notati maculis, ac pleuræ ſpinam verſus aliquatenus adhærentes. In corde nil momentoſi. Bubones utriuſque lateris in vita frequentes, jamque majores jam minores, nunc exigui, & glandulæ ipſæ per omnia ſanæ. Os femoris ante biennium fracti firmiter quidem coaluit, non in rectum tamen, ſed ſub angulo obtuſo; callus autem repertus rubicundus, fibris ex utroque extremo quaſi ligamentoſis, cartilagineis, ſe ſe invicem amplexantibus firmiterque tenentibus. Nihil hic aut carioſi aut conſumpti. Analogum huic caſum refert A. BENEVOLI (a): puer, cujus duo fratres

(a) Diſſert. & Oſſ. chirurg. Oſſerv. 40. p. 244.

tres ex rachitide perierunt, ſorores vero duæ tempeſtive adhibitis remediis ſervatæ ſunt, verſus 14 vitæ menſem rachiticus fieri cœpit, atque intra breve tempus nactus eſt luridum colorem, dyſpnœam, impotentiam ad motum, moleſtiſſimamque tuſſim, cum inſigni ventris tumore & aliquali carporum intumeſcentia. Sub finem anni ſecundi Auctor accitus reperit vehementem in puero febrem, validam dyſpnœam, multum inflatam faciem, ſummeque projectas vires. Obiit. In cadavere inteſtina ſolito ampliora, lien & pancreas juſto majora; jecur tamen p. n. mole præcellebat, in reliquo ſanum. Pulmo vero totus coopertus cernebatur albiſſimis lamellis, Julium nummum amplis, mediocriter polypoſis, leviterque pulmoni cohærentibus, qui inciſus ubique ſcatebat materia æque alba, at duplo tenaciori & craſſa, quæ ex illo compreſſo velut e ſpongia ægre proliciebatur. Materiam hanc Auctor pro chylo ibi durato habuit, indeque omnia morbi ſymptomata eruere conatus eſt; id quod (ſi præſertim cum priore conferatur obſervatione) veri ſimile haud eſt. Dudum ante ſimile quid obſervavit etiam s. BLANCARDUS (a), nempe infans ſub dentitione evaſit perdebilis, moleſtaque tuſſi ac dyſ-

(a) Anat. pract. Cent. I. Obſ. 23. p. 77.

dyſpnœa in dies creſcente vexabatur. Caput ſolito erat grandius, artus flaccidi tumentibus junćturis carporum tarſorumque. In cartilaginibus coſtarum nodi erant. Abdomen tumebat, thorax emaciatus. Infans totus ſenſim extenuatus obiit. In abdomine omnia contenta ſolito majora ſine qualitatis vitio, inteſtinis aere turgentibus. Os ſterni introflexum. Pulmones aridi, colore plumbeo; extima illorum tunica aſpera, prominentibusque tuberculis verrucarum inſtar horrida. Inciſi pulmones multis in locis materiam tartaream vel gypſeam ſibi accretam exhibuere. Si jam tres has diverſas obſervationes ad ſe invicem conferamus, propius verum eſt, albam illam ſubſtantiam plus minus coaćtam nil fuiſſe aliud, quam ipſam oſſium terram vel ad ipſa oſſium loca advećtam, at male cohærentem, vel plane ad incongrua loca errore naturæ depoſitam, in primis vero ad pulmones, non ſine vitalium funćtionum læſione. Id unum dolendum, quod materia dićta alba ab nemine chemice fuerit explorata. Interdum etiam oſſium illa terra ad glandulas videtur compelli non ſine inſigni illarum intumeſcentia. Ita GLISSONIUS (a): „ aliquis noſtrum teſtatur ſe ſemel vi„ diſſe glandulas ſtrumoſas tam numeroſas,

„ ut

(a) l. c. Cap. 2. p. m. 13.

„ ut viderentur æquare, ſi non ſuperare, ma-
„ gnitudinem ipſorum pulmonum. Sitæ au-
„ tem fuerunt utrinque inter pulmones & me-
„ diaſtinum, & a thymo uſque ad mediaſti-
„ num protenſæ „.

γ. *Fragilitas* quoque rachiticorum in oſſibus reperitur ſæpenumero prorſus ſingularis, ita ut vel ſua ſponte vel exigua certe vi externa adhibita ocyus frangantur. BÜCHNERI (a) puellæ exacto 16° ætatis anno ex rachitide mortuæ noviſſimo vitæ tempore femoris os ſupra genu leviſſima vi fractum diſſiliit; licet tunc ægra nec ſedere nec a multo jam tempore ambulare quiverit. Alia (b) vero $3\frac{1}{2}$ annorum in platea curſitans femoris perinde os fregit. Meminit & STORCH (c) infantis quadrimuli, teneri, & ex rachitide paralytici, cui ancilla inter elevandum nates plana manu percutiens lævum femoris os in medio fregit, ſecuto graviſſimo nycthemeri dolore; ſed qui unitis oſſis partibus continuo mitigabatur. Illitæ ſpiritu fl. ſambuci & camph. parti impoſitum empl. diapalm. cum camph. femurque ferulis firmatum. Die 16° inter deli-

(a) Vide præced. Nro. 1. b).
(b) Vide ſequ. b. δ. b.
(c) Quinquep. pract. 1 Th. 3 Cl. Nro 4. p. 121.

deligandum fractum os amplitudine ſtraminei culmi e ſitu recedens & curvaturam formans denuo repoſitum. Cumque die 29° flexile adhuc eſſet, ferulis rurſus firmandum erat. Et quoniam infans flaccidiſſimas carnes nactus eſt, bis terve quavis hebdomade infuſo leviſtici lavabatur. Ab hinc intra 14 dies ſanatus. Simillimum huic (ni idem ſit) caſum Auctor alibi (a) etiam narrat, ſimulque „unus „(ſubjungit) curioſiſſimorum eventuum ratio„ne oſſium eſt, qui germano meo Lic. STOR„CHIO Phyſico Walterſhauſæ circ. A. 1736 „in una ſuarum prolium accidit; quippe qui „a 5ª ad 10ªᵐ hebdomadam 5 vel 6 fractu„ras artuum qua ſuperiorum qua inferiorum „citra ullam cauſam cognitam curandas in illa „habuerit: donec a me certior factus rem a „rachitide, quæ illa in prole velut gentili„tia conſideranda eſſet, proficiſci poſſe. „Ipſe igitur infantem deligando rem ſtudioſe „celabat, in quo ego 10ª hebdomade adhuc „partim fracturas etiam tum mobiles partim „callos tactu manifeſte percepi. Puer de„mum hic ſumma cum omnium admiratione „ſanus alacerque adolevit, ita ut 12° ætatis „anno nil jam porro præter unicum callum „in uno oſſium femoris tactu reperire ſit„.

Mi-

(a) Von Kinderkrankh. l. c. p. 271.

Minus fauſte cecidit id genus femoris fractura e ſaltu in miſero ISENFLAMMII (a) adoleſcente. Atque hanc rachiticorum oſſium fragilitatem PETITUS (b) confirmat „ animadvertere oportet (inquiens), ubi mollities „ oſſium eſt magna, os humeri non modo curvari ita, ut extrorſum fiat convexum & introrſum concavum circa inſertionem deltoidis muſculi & ortum brachialis antici; ſed „ etiam (hoc ipſo in loco) reperiri ſæpiſſime „ ſemifractum, id quod ſæpius vidi. Malum „ hoc non modo humeri oſſi accidit, ſed ſæpe „ etiam coſtis & parti mediæ oſſium femoris „ crurumque „. Fragilitas hæc oſſium tanta ſubinde eſt, ut putridi ligni inſtar ſubſtantia illorum inter digitos ſe ſe conteri ſinat, ut in ISENFLAMMII (c) adoleſcente. Atque hæc de communibus oſſium rachiticorum vitiis dixiſſe ſuffecerit.

b) *Singularia* porro eorundem oſſium, præſertim quorumdam, vitia ſunt, quibuſcum confligantur,

α. Dentes carioſi effecti. Dentitionem in rachiticis tarde lenteque & inordinate ſæpeque cum convulſionibus accidere, atque ra- chi-

(a) Vide ſequ. b.) §. 6.

(b) l. c. p. 547. ſq.

(c) Vide ſequ. b). §. 6.

chitidem ſæpiſſime (imo juxta BÜCHNERUM ſemper) a dentitione oriri, inferius (a) dicetur. Id circo „ cum rachitis, inquit SWIE-
„ TENIUS (b), frequenter invadere ſoleat
„ circa dentitionis tempus, primi dentes ſo-
„ lent male affici, imo & ſequentes aliquan-
„ do, ſi morbus in longum protrahatur, ita
„ ut aliquot viderim adoleſcentes, quorum
„ morbus in initio negligentius tractatus fue-
„ rat, qui edentuli manſerunt tota vita.
„ Raro quidem hoc contingit; ſed ſæpius ob-
„ ſervatur in graviori morbo, aliquot ex in-
„ ciſoribus in primis deficere dentes; quo-
„ rum aliqui tamen circa 7um annum vel &
„ ſerius aliquando, quando primi dentes la-
„ ctei dicti vacillare ſolent & cadere, reno-
„ ventur. Cum enim, ſi morbus validus fue-
„ rit & diuturnus, oſſa male afficiantur, mi-
„ rum non eſt, dentes ſimiliter affici. Sub
„ adamantina cruſta dicta, quæ extra gingivas
„ prominet, tecta latet ſubſtantia oſſea tene-
„ rior, quæ dum corrumpitur, dens fruſtil-
„ latim excidit „. J. STORCH (c) non primos modo verum ſecundos etiam dentes aliquando carie nigros factos excidiſſe obſervavit,

(a) Vide §. 17.
(b) l. c. ad §. 1487.
(c) l. c. p. 292.

vit, & in PH. VOGELII (a) puero 11 annos jam nato dentes gingivis nudati vacillanteſque (proinde caſui proximi) obſervabantur. Varia horum omnium exempla apud BÜCHNERUM videre eſt. In ſecunda ejus puella (b) dentes altero primum anno, ubi & loqui jam & ambulare didicit, erupere cum æſtu & deliriis, naſcente ſimul rachitide: dentitio ad 5um uſque annum ſucceſſit; primi vero dentes flavi tum nigri facti exciderunt; 7° anno alii ſuccrevere. Quarto loco natæ puellæ (c) dentes ad 14 uſque ætatis annum corrupti ſemper excidebant, aliique regenerabantur. Quæ huic ſucceſſit (d), dentes inter convulſiones nacta eſt, qui flavi primum, tum nigri effecti exciderunt; inde in 5 annos edentulæ 11° demum anno unicus recrevit, quem ſolum tumulo intulit. CAULITZ apud L. HEISTERUM (e) vidit puerum cum 2 dentibus inciſoriis, at nigris jam, partu editum, totoque corpore flaccidum & macilentum, qui poſt annum rachitidem nactus ex eadem obiit.

(a) Vide ſequ. β.
(b) Vide præced. Nro 1. b).
(c) Vide §. 27. a).
(d) Vide ſequ. δ. b.
(e) Diſſ. de rachitide. §. 36. p. 32. (4° Helmſt. 1725. Reſp. J. G. de BROKE.)

β. *Spina dorſi* vitioſe curvata, quæ licet in MORELI (a) infante ſecundum naturam fuerit; in rachiticis tamen triplici fere modo p. n. inflectitur, nimirum vel extrorſum in dorſo lumbiſve gibbum formans Græcis *κύφωσις*, *κύρτωσις* dictum, quem nacti ſunt puer & adoleſcens LENTILII (b), infans RUOFFII (c), ac femina TACCONI (d); vel introrſum ſub lumbis dorſum cavum *λόρδωσις* Græcis (*recurvatio*) dictum efficiens; vel denique alterutrum in latus aberrans, ac fere literam S efformans obliquatur, quod vitium Græcis *σκωλίωσις* vel *σκωλιώτις* (*obliquitas*) audit, uti & dum partim extrorſum partim introrſum ſpina dorſi flexa literam eandem æmulatur. Prioris ſcolioſeos (ut ut, rachiticane fuerit, incertum ſit) exemplum refert A. MURRAY (e) in anu ſexagenaria, de cujus morbis in vita nil conſtabat, cultro a morte ſubjecta. Omnes dorſi vertebræ duplici flexu in latera declinarunt: quæ ſcolioſis effecit, ut et pulmones eadem in ratione creverint, dexterque capacius nactus cavum evaſerit

(a) Vide §. 13.

(b) Vide præced. Nro 2. & hiſtor. 5.

(c) Vide præced. a) β.

(d) Vide §. 25.

(e) Act. nov. Suec. T. 2. trim. 4. Nro 3. p. 285.

ſerit voluminoſior ac inflatus; lævus autem compreſſus & in medio concretus, ambo tamen ſani viſerentur. Alterutra porro ſcolioſi erant affecti duo FICKII (a) infantes, totidemque ISENFLAMMII (b) adoleſcentes, LANGGUTHI (c) puella, & cujus meminit J. STORCH (d): hæc 9ª Junii 1720 in lucem edita, primo trimeſtri ſana alacriſque, ab hinc rachitide tentari cœpit, mutata partium cum in thorace tum artubus proportione, carne vero & abdomine incrementum adeptis, quo in ſtatu ultra $1\frac{1}{2}$ annum manſit: donec A. 1722 die 10ª Junii pectorali febre correpta ex hac nocte 15ᵃᵐ Junii conſecuta inopinato obiit. Poſtero mane ſecti cadaveris caput magnitudine fuit naturali, ut ea ætate ſanis eſſe ſolet, quod quia puella citra convulſiones & ulla affecti in morbo encephali ſymptomata obſervata interiit, intactum eſt relictum. Ex abdomine duro ac prægrandi ad primam inciſionem parvum aquæ rubellæ cochlear erupit, ejusque in fundo jecur illico viſebatur mole $\frac{1}{2}$ abdomen implens, colore quidem & conſiſtentia ſanum, at pondere unc. x æquans,

(a) Vide §. 46. b).

(b) Vide ſequ. ∂. b. & §. 27. a.)

(c) Vide ſequ. ∂. b.

(d) Obſ. clin. ann. 2. Junii Cl. 3. p. 264.

adhærente ei cyſtide bilis ſolito capaciore. Ventriculus & inteſtina tenuia flatibus diſtenta, fecibus autem vermibusque vacua; colon vero ac rectum ſine flatibus & ſecundum naturam reperta. Meſenterium multis glandulis tumidis obſitum, piſa aliis, aliis fabas nuceſque avellanas æquantibus. Lien renesque inculpati; at pancreas ſolito majus duriuſque. Thorax anterius elatus, ad latera profunde introprelſus, emaciatis prorſus carnibus. Cor ovi gallinæ magnitudinem habens nil niſi paucum ſanguinis coagulum continebat. Pulmones pone cor utrinque ex ſuis peculiaribus conceptaculis pene concluſis eruendi erant; nam coſtæ utriuſque lateris in medio ſui, a ſterno ſpinam verſus metiendo, uſque adeo introflexæ cartilaginibuſque concretæ fuerunt, ac ſi data opera fuiſſent fractæ. Harum flexurarum utrinque natarum & in medio thoracis cavo ſe ſe reſpicientium ac vix 2 pollicum intercapedine ab ſe diſtantium ope cor a pulmonibus ita ſejungebatur, ut hiſce duo poſtica thoracis ſpatia, in queis ſpina dorſi rurſus notabilem formabat parietem, occupantibus cor in mediaſtini antico ſub ſterno ſolitarium jaceret. Pulmones ubique nigricantes, paucis tantum plagulis nativum retinentibus colorem, aliquot in locis ſpumoſam continebant materiam, manifeſto indicio, prægreſſam in iis inflammationem ultima hac degeneratione mor-

mortem cauſaſſe. Spina dorſi binis curvata erat modis; quouſque enim in thorace viſui patebat, in latus flexa viſebatur, in lumbis vero introrſum curvabatur, ita ut ſuperius ſcolioſis, lordoſis inferius adfuerit. In vita puellæ gibbus thoraculis comprimi poſſe credebatur; verum noviſſimis hebdomadis obſervatum, ſemper inde ſpirationis difficultatem augeri, ut ratio ex data hic thoracis anatome facile erui poteſt. Lordoſeos alias quoque viſæ idem Auctor (a) meminit: puellam nempe a 1° ad 7um uſque annum adeo rachiticam novit, ut ad 7um uſque annum nec loqui nec incedere quiret. Poſt 7um vero annum loqui primum & ambulare cœpit, multaque ſimul vacillantis mentis ſpecimina præbuit. Vox ei liquidiſſima fuit; at ſub riſu vel clamore ſpiritus ſæpenumero pene intercipiebatur. Demum 7 annis major a ſuperveniente variolis, paucis licet ac benignis, orthopnœa exſtincta eſt. In cadavere præter alia, huc non admodum facientia, reperta ventriculus & inteſtina nil p. n. exhibuere, niſi quod rectum ſpithamam ab ano ovi gallinacei magnitudine a flatibus diſtentum turgeret: pulmones ſani; at ſiniſter accretus &

(a) Ibid. append. ad ann. 4. caſ. 41. p. 721. ſqq. & von Kinderkrankh. l. c. p. 264.

anterius parte thalerum æquante mutilus, ita ut nudum ſub ſterno cor jaceret: unde etiam pulſatio cordis in illa inſigniter percipiebatur. Cordis auricula dextra ovum gallinæ; læva avellanam æquabat. Trachæa parva & anguſta, vix calamum ſcriptorium craſſa inventa. In glottide unica puſtula varioloſa aderat; ſed quæ ſub aſſiduo clamore tantum cauſavit tumorem, ut ægram ſuffocarit. Illud autem ſingulare fuit, quod ſpina dorſi 6 ultimis ſuis vertebris adeo fuerit introflexa, ut eam inter ac oſſa pubis vix 2 pollicum intercapedo ſuperfuerit. Si proinde puella adulta facta nupſiſſet, uterus gravidæ in hac pelveos anguſtia vel dilatari ſatis nequiviſſet, incrementoque fœtus ita impedito abortum ſemper conſequi fuiſſet neceſſum, vel ſi fœtus uterus ultra pelvim aſſurrexiſſet, maturus infans dictam illam anguſtiam tranſire non valens in lucem edi via conſueta non potuiſſet. Probat id obſervatio FISCHERI apud A. G. RICHTERUM (a) de Leidenſi muliere $22\frac{1}{2}$ annorum, 5 pedes alta, & ad aſpectum rite conformata, olim tamen rachitica, quæ gravida ruptis mane aquis cum parere non poſſet, ſectione Cæſarea hora 4ª pomeridiana a PRANDT inſtituta puer ſanus vegetuſque eſt ex-

(a) Chirurg. Biblioth. 7 Band 4 St. Beytr. Nro 1.

exemptus. Sub ſectione viſebatur major pelveos diameter ab oſſe ſacro ad oſſeum pubis arcum haud multo plus duobus pollicibus habuiſſe. Inciſio in placentam uſque penetravit aliquatenus, at citra uberem inde hæmorrhagiam. Vehementiſſimum dolorem creavit ſutura ventris; nulli tamen vomitus ſecuti. Puerpera filium lactavit, ac ſpatio 5 hebdomadum ſanata eſt, ſuperſtite cicatrice in latere dextro ab umbilico oblique verſus criſtam oſſis ilei dextri circ. 5 pollices longa. Turbulenta tempeſtate dolores velut punctorios ibidem perſentiſcit. Infelicior autem operationis hujus eventus fuit in PIERRETTE MORNON primipara, olim perinde rachitidem perpeſſa, cujus adhuc circiter 27° ætatis anno puſillum corpus & crura vitioſe curva cum tumentibus femorum crurumque articulis reliquiæ erant. Nam cum ob tres imas lumborum vertebras ac ſuperiorem oſſis ſacri partem magnopere introrſum flexa, & alia ſimul oſſium pelveos vitia iſta admodum eſſet anguſta, adeo ut anterior ejus diameter vix 2 pollices æquaret, pariendique (ut ut evoluto 9° menſe, ſub ſufficientibus doloribus, & aquis jam fluentibus) adeſſet impoſſibilitas, inito a pluribus artis peritis conſilio, Cæſareane an ſymphyſeos oſſium pubis ſectio facienda eſſet? plurium obtinuit ſententia, ut Cæſarea ſectio fieret. Mulier 36ª poſt operationem

hora

hora vivere deſiit. Quam ob rem controverſia inter VITET ac PETETIN cum DESGRANGES (a) coorta, illis contendentibus feminam ſectione ſymphyſeos oſſium pubis minus periculoſa ſervari potuiſſe; iſto autem evincere annitente, per illam hocce in caſu pelvim q. ſ. non fuiſſe ampliatum iri, ac proinde partum hac etiam facta non fuiſſe futurum poſſibilem. Aliud lordoſeos rachiticæ exemplum literis prodidit P. H. VOGEL (b): puer ad 11 annos natus, ultra quadriennium rachiticus, in dies magis emaciabatur cum pallore, ut ut optime appeteret. Ob genuum craſſorum, at ſine tumore, dolorem difficulter incedebat. Femora introrſum, crura extrorſum flexa erant. Morbo quotidie ingraveſcente facultas ambulandi iiſdem gradibus minuebatur. Idcirco pedes faſciis feruliſque muniti; ſed puero cito & jacendi & dolorum inde ortorum pertæſo abſtinendum his erat, ipſeque ad priſtinos ſuos labores, pectendam nempe lanam, dimiſſus. Verum paulo inde poſt obſervabantur ſub hoc labore oſſa cubitorum curvari, deincepsque etiam in tota oſſium ſyntaxi prava conformatio apparuit, intumeſcen-

(a) Journ. de Medec. T. 56. Juillet 1781. p. 49. Tom. 57. Mai 1782. p. 464.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 38. A. 1726. Novemb. Cl. 4. art. 12. p. 566.

ſcentibus artuum epiphyſibus, femoribus & cruribus in & extrorſum admodum recurvis, compulſis introrſum vertebris lumborum, coſtarum finibus foras prominulis, thorace anguſtato & anterius magnopere in apicem elato, contenſiſque hypochondriis & abdomine, at ſine inſigni duritie. Dentes ob carnem gingivarum prorſus conſumptam plerique nudi vacillarunt. Cetera puer ſic ſatis commode valebat; licet a 4 jam annis incedere non valens de loco in locum transferendus fuerit. Oculi manſere vividi, nec aliud quid queſtus eſt, quam interdum de ſiniſtro latere, ut ut ſine magno incommodo. Præter has autem p. n. ſpinæ dorſi flexuras notat porro STORCH (a) etiam vertebras ſuis in proceſſibus alterutrius lateris quandoque per exceſſum geneſeos adeo increſcere, ut id ab adſtantibus notabiliter ſpectari poſſit; imo ipſarum vertebrarum aliquas etiam p. n. majores effici: unde variæ illæ in ſpina dorſi flexuræ deinde proveniunt. Quod quidem pro parte ipſum etiam prægrande jecur cauſare videtur. Atque ex his variis ſpinæ dorſi vitiis ac præ primis flexuris Auctor evenire ſubinde ait, ut alterutra coxa altius locetur, ſicque & alteruter humerus evadat altior. Imo hinc etiam ratio proficiſcitur, cur interdum alterutrius

trius

(a) Von Kinderkrankh. l. c. p. 270. 293.

trius lateris coſtæ ſint altiores (a). Accidit & quandoque, ut in exordio mali unica tantum vertebra vitioſa obſervetur; deinceps vero in ceteris ſenſim oſſibus vitia emergant. Inſignem hujus rei caſum dat J. P. BURGGRAFIUS (b): puſio ad 9um ætatis menſem optime valens, dein macreſcere, ac penultima dorſi vertebra quaſi luxata ipſi parumper extrorſum prominere ſine ulla moleſtia cœpit. Cum nulla vis externa præceſſiſſet, rachitidi ingruenti, quæ jam duos ejus fratres occidit, malum tribuendum fuit. Ad quam avertendam thorax diu noctuque geſtandus, in regione prominentis vertebræ ferrea lamina præditus, imperatus, amictuſque reliquus ſicciſſimus, cum victu non pingui ſed parumper calefaciente, & crebris totius corporis ope pannorum fumis aromaticis imbutorum frictionibus. Datæ aliquoties ipecacuanhæ doſes, interpolato prudenti martialium uſu. At omnia in caſſum. Nam puer in dies emaciari, anhelare ac febrire magis pergens ad oſſeam uſque maciem, ſimul voraciſſimus evaſit, & ad iram proniſſimus, ſolo cibo placandus. Epiphyſes in artuum oſſibus, maxime ad carpos, tumeſcebant, caputque grandeſcebat.

(a) Vide ſequ. γ. c.

(b) Act. nat. cur. Vol. 6. Obſ. 133.

bat. Demum 22um vitæ menſem agens ex improviſo ferme obiit. In cadavere omnes muſculi excarnes in membranas fere mutati reperiebantur. Hepar ſolito majus cum veſicula perinde grandiore viridiſſimam continente bilem. Ventriculus parvus & corrugatus. Inteſtina laxiſſima, colonque ob teneritudinem plane pellucens flatuque diſtentum. Meſenterii vaſa rubra turgida, lactea chylo plena, glandulæ tumidæ. Inteſtinum rectum a flatu in medio ſui diſtentum inſtar majuſculæ nucis moſchatæ preſſione manus ocyus ſubſidebat. Vertebra illa denique extus prominens interius reperiebatur exactiſſime locum ſuum ſervaſſe, proindeque nullatenus luxata. Quartus hujuſce frater 4um ingreſſus annum luridi & e pallido flaveſcentis coloris, manibusque ſemper calens ad rachitidem perinde inclinabat. Pater 30um annum agens, calvus, olim gonorrhœam virulentam nactus ab eadem ſolis adſtringentibus curatus eſt.

γ. *Coſtæ* porro rachiticorum tria potiſſimum p. n. oſtendere ſolent, nimirum ſitum vitioſum, nodos, & curvitatem vel applanationem inſolentem. Et quidem

a) *Curvitas* earum ita ſe ſe, notante STORCHIO (a), ut plurimum habet: „ coſtæ mediæ ſub brachio ad latitudinem pal-

„ mæ

(a) l. c. p. 261.

„ mæ manus applanatæ vel profunde intro-
„ preſſæ ſunt; imam vero coſtam tumidum
„ abdomen iterum foras propellit. Hancce
„ flexuram in aliquibus uſque adeo profun-
„ dam vidit, ut credi potuiſſet, coſtas a cauſa
„ violenta fuiſſe ita intropreſſas vel plane
„ fractas. Et dum ſimiles thoraces inter ſe-
„ candum luſtraret, coſtæ hæ introflexæ ex
„ utroque latere tam ſibi fuere vicinæ, ut in-
„ ter eas vix 3 digitorum interſtitium inter-
„ ceſſerit. In non nullis ea introflexio mi-
„ nus eſt profunda; ſed tum coſtæ ſub alter-
„ utra ſcapula & oppoſito in latere anterius
„ juxta os ſterni in gibbum eminent, ſicque
„ thoracem anterius ac poſterius reddunt in-
„ æqualem. Interea (a) varii Scriptores aſ-
„ ferunt coſtas ſpurias introflecti; at quos
„ ego (inquit ille) luſtravi, nunquam id ita
„ in iis reperire potui, præterquam quod ra-
„ tio ſuadeat, a ventre tumente præſertim
„ vero hepate ac ſplene eas magis extrorſum
„ pelli „. Ceterum coſtæ veræ modo ante
dicto introflexæ ſub anatome apparent, ac ſi
olim fractæ fuiſſent, atque ope cartilaginum
ibidem reperiundarum iterum coaluiſſent (b),
id quod etiam D'AUBENTON (c) adnotavit.

b) *Nodi.*

(a) Ibidem.

(b) Ibidem p. 293.

(c) Vide præced. a) *ci.*

b) *Nodi.* „ Coſtarum extrema, qui-
„ bus cum cartilaginibus ſterni committuntur,
„ inquit GLISSONIUS (a), nodoſa ſunt „.
BOOTIO (b) vero notante „ coſtæ . . . toto
„ . . . ſui ductu quibuſdam velut nodis aſpe-
„ rantur ac inæquales fiunt „. J. STORCH
(c) ſecuit quadrimum puerum, cujus thora-
cem & contenta ita vitiavit rachitis, ut præ-
ter pulmonem ubique accretum & ulceroſum
coſtæ utriuſque lateris alte fuerint intropreſſæ
atque ab interna ſui parte nodis cartilaginibuſ-
que diſtinctæ, quaſi aliquando omnes fuiſſent
fractæ. Nodos id genus etiam KLEIN (d)
ſuo in puero, & MORELUS (e) & RUOFF
(f) in ſuis infantibus obſervarunt.

c) *Situs* denique coſtarum in ra-
chiticis ita quandoque ab naturali abludit, ut
hæ uno in latere altius poſitæ ſint, quam in
altero, veluti in KLEINII (g) ac STOR-
CHII (h) infantibus, quorum huic ſiniſtræ
dextris,

(a) l. c. Cap. 2. p. 11.
(b) l. c. p. m. 30.
(c) l. c. 2 Band 32 Cap. p. 375.
(d) Vide §. 13.
(e) Ibidem.
(f) Vide præced. a) β.
(g) Vide §. 13.
(h) Obſ. clin. ann. 6. Julii Cl. 3. p. 631.

dextris, illi vero dextræ ſiniſtris altius erant locatæ. STORCHII quippe anniculus infans cum coſtas lævo ex latere in dorſo altiores quam ex latere dextro haberet, cum epiphyſibus artuum ſuperiorum inferiorumque ſolito majoribus; pater quoque illius eodem in dorſi loco vitium conformationis gerebat: ut proinde gibbus infantis non ab externa vi ſed ab occipiente rachitide fuerit repetendus. Dato itaque conſilio, ut ſemel iterumve per hebdomadam infans in decocto malvæ & chamomillæ balnearetur, cibis non multis repleretur, identidemque catharticum ſumeret, ulterior mali progreſſus eſt impeditus.

δ. *Artuum oſſa* denique duplicem exhibent deformitatem, ad quam pertinent

a) *Nodi* ſeu p. n. tumor epiphyſium in longis oſſibus circa loca articulationum. Unde A. BOOTIUS (a) „ oſſa articulorum (inquit) in „ brachiis ac cruribus, non omnium ſed carporum ac taliorum, augentur ac tantopere protuberant, ac ſi duplicata fere eſſet eorummoles: „ unde etiam *doubling of the joints* (id eſt juncturarum duplicationem) id vitium nominant „ Angli, qui morbum ipſum hoc ſymptomate ſtipatum *Tent* indigitant; cum alioquin eum generaliori vocabulo omnemque „ ejus

(a) l. c.

„ ejus ſpeciem includente *the Rickets* appel-
„ lent„. Ex eodem phænomeno Germani morbo *die doppelte Glieder* nomen indidere; Galli vero a nodis ægros *les Enfans noueux* vocitant. Symptoma hoc unum eſt ex iis, quæ ſoli rachitidi ſunt propria „ & ex arti-
„ culis carporum ac talorum, inquit STOR-
„ CHIUS (a), certiſſimum indicium deſumi-
„ tur morbi vel præſentis vel propediem af-
„ futuri in infantibus, ſi dicti articuli inflati
„ ac velut duplo majores latioreſque conſpi-
„ ciantur „. Sed ut ut hic tumor in ſola tantum rachitide obſervetur; haud dum tamen pathognomicon ejus ſignum conſtituit: cum non omni morbi tempore adſit; imo non raro prorſus etiam abſit. Notante namque GLISSONIO (b) hæ „ oſſium protuberan-
„ tiæ nunc citius nunc ſerius apparent, modo-
„ que magis modo minus intra æquale tempus
„ excreſcunt; diu vero perſeverante morbo
„ rariſſime (ſi unquam) abeſſe cernuntur „.
Imo BOOTIO (c) teſte „ articulorum gran-
„ ditas fere non niſi ultimo loco ſupervenire
„ ſolet; quamquam multi ſunt, qui eam
„ nunquam patiuntur, ac moriuntur prius,
„ quam ad eam deveniatur: ſicuti rurſus ex

 „ iis,

(a) Von Kinderkrankh. 3 Band p. 270.
(b) l. c. Cap. 20. p. m. 247.
(c) l. c. p. m. 31.

„ iis, quibus illa accidit, permulti evadunt, „ etiamſi incurioſius habeantur „. Nodoſas ita epiphyſes videre eſt in tribus BÜCHNERI (a) totidemque HEISTERI (b), ſingulisque BURGGRAFII (c), ISENFLAMMII (d), LENTILII (e), &c. ægris. Cauſa nunc horum nodorum rogatur! Acu ſe eam tetigiſſe ratus eſt L. D. MITTELHAEUSER (f) ſtatuens proximam morbi cauſam eſſe congeſtionem ſanguinis in vaſis meſeraicis, quæ comprimendo venas lacteas ac lymphaticas iter chylo in ſecundas vias interciperent; ſicque ceſſaret deperditi reſtitutio, maſſæque humorum ſenſim imminutio ac vaſorum omnium inanitio. Cumque muſculi nil niſi congeries ſint vaſorum, hiſce inanitis muſculos concepit debere collabi, extenuari, areſcere & accurtari. Sub hac autem accurtatione (quam inſuper nativus muſculorum in ſui contractionem niſus adjuvat) trahi verſus eos partes oſſium, queis tendines muſculorum ſunt affixi; iſtæ autem cum

(a) Vide præced. Nro 1. b), & §. 11. Nro 7. a), & §. 27. a).

(b) Vide §. 28. c), & hiſtor. 2.

(c) Vide præced. β.

(d) Vide ſequ. b).

(e) Vide §. 11. Nro 7. c) & hiſtor. 5.

(f) Programm. cit.

cum vel epiphyſes vel diaphyſes oſſium ſint, evenire, ut epiphyſes dicta illa tractione loco dimotæ nodos, diaphyſes vero figuram oſſium longorum arcuatam (cedente nempe illorum mollitie vi trahenti) præbeant. Nolim huic opinioni confutandæ diu immorari; quærere tantum ac percontari pauca licebit, nimirum quibus rationum momentis conſtet proximam rachitidis cauſam in ſanguineo vaſorum meſeraicorum infarctu eſſe reponendam? Rachitici ſine atrophia, qualis erat infans WOLFFII (a), quomodo in hac hypotheſi concipientur? Cœliaca paſſio, quam Auctor in rachiticis ob impeditam in vaſa lactea compreſſa reſorptionem ſæpe accidere comminiſcitur, cur ab aliis morbi obſervatoribus nuſpiam memoretur viſa? Cur epiphyſes tractione muſculorum ſuis locis motæ non ex toto avellantur? Cur denique ſolvens therapia hic nihil poſſit; ſed ſola remedia antacida ac tonica omnem abſolvant paginam? &c. Accommodatius ſane ad rem SWIETENIUS (b) horum nodorum rachiticorum cauſam in aſſerta jam ſuperius (c) mollitie oſſium a deficiente in illis debita terræ copia quæſiuerat „ſi jam

 „illa

(a) Vide præced. A. Nro 1.
(b) l. c. ad §. 1485. Nro 8.
(c) Vide præced. a) β.

„ illa (inquiens) materies terrea, a qua oſ-
„ ſium firmitas & robur pendet, non appli-
„ cetur copia & modo debitis, major flexi-
„ litas oſſium adeſt: unde dum corporis pon-
„ dus innititur oſſibus non dum conſolidatis,
„ preſſæ epiphyſes prominere ac tumere in-
„ cipiunt, & in junioribus, qui non dum in-
„ ceſſerunt, præcipue in carpis tales promi-
„ nentiæ apparent, quod ſedentes ſæpius ma-
„ nibus innituntur, uti GLISSONIUS (a)
„ notavit„.

b) *Curvitas* oſſium humeri, antibrachii, femoris, cruris, clavicularum, phalangum in digitis varia in variis obſervatur, ita ut in quibuſdam rachiticis GLISSONIO (b) teſte toto morbi tempore abſit, in aliis vero plus minus obſervetur, ſitque ſymptoma maxime omnium fortuitum. Adfuit certe vario gradu in 4 ægris STORCHII (c), tribus ISENFLAMMII (d), totidemque VATERI (e), puella STRACKII (f), feminaque TACCONI (g). Non nullis oſſa cum ſupe-

(a) l. c. Cap. 2. p. 10.
(b) Ibid. Cap. 20. p. 247. ſq.
(c) Vide §. 28. c). §. 29. d). β. §. 30. h). §. 33.
(d) Vide infra, & §. 27. a) & §. 28. c)
(e) Vide præced. A. Nro. 3.
(f) Vide præced. a) β.
(g) Vide §. 25.

ſuperiorum tum inferiorum artuum contorta aut curvata ſunt, uti in modo dictis ISENFLAMMII (a) ægris, MORELII (b) infante, LENTILII (c) puero ac BÜCHNERI (d) puella; aliis vero inferiores tantum artus recurvi ſunt, velut PREUSSII (e) puero & RUOFFII (f) infanti. Horum quibuſdam, obſervante STORCHIO (g), genua cum tibiis introrſum, pedes extrorſum; in aliis vero genua cum tibiis extrorſum, pedesque introrſum curvantur. In non nullis tibiæ tantum recurvæ fiunt inſtar plectri fidium, idque vario rurſus modo, introrſum extrorſumve aut antrorſum, atque de poſtremis dicterium obtinet: ſuras illis anterius eſſe. Hinc varia illa crurum vitioſorum nomina, ſuperius (h) jam data. Miſerandum proinde ſpectaculum ii præbent, qui artubus non curvis modo, ſed etiam nodoſis

 ſunt,

(a) Vide præced. notam d).
(b) Vide §. 13.
(c) Vide hiſtor. 5.
(d) Vide §. 11. Nro 7. a).
(e) Ibidem d).
(f) Vide præced. a) β.
(g) l. c. p. 272.
(h) Vide §. 7. Nro 3. & A. BONN l. c. Nro 280. ſqq.

ſunt, ut rachitici BÜCHNERI (a), FICKII (b), KLEINII (c), STORCHII (d) ac VOGELII (e). Monſtroſum omnino hujus rei exemplum narrat G. A. LANGGUTH (f): „ puella ruſtici filia 3 annos cum 3 menſibus „ nata, ſed rachitica & ab ubere matris ca- „ checticæ ex hydrope paulo poſt demortuæ „ varie vexata ſubita morte exſtinguitur. . . „ pro ætatis ratione perparvula, ut dimidiæ „ ætatis illam vix habueris, tabe ſimul con- „ ſumpta, ſumma partium laxitate atque mol- „ litie, capite juſto majori, pectore a late- „ ribus anguſto, anterius non nihil acumina- „ to, abdomine tumido, paululum promi- „ nente, clavicula mirifice contorta, oſſibus „ brachii & femoris non arcuatim ſed in me- „ dio ad angulum fere incurvatis, articulis „ valde nodoſis, ſpina dorſi extreme vitiata „ & figuram literæ S quadantenus exprimen- „ te, uno verbo & primo ſtatim intuitu ra- „chi-

(a) Vide ſequ. caſum & §. 11. Nro 7. a)
(b) Vide §. 46. b)
(c) Vide §. 13.
(d) Vide §. 14.
(e) Vide præced. β.
(f) Diſſ. de polypo infantis rachitici. Reſp. J. G. EICHLERO 4° Vitemb. 1744. in HALLERI diſp. med. pract. T. 6. Nro 203. p. 305.

„ chitica; nullis ceteroquin externæ cujuſdam
„ violentiæ veſtigiis . . . comparentibus. In-
„ ciſis & ad latera inclinatis integumentis &
„ muſculis abdominalibus conſpiciebantur in-
„ teſtina craſſa flatibus turgida, inania; re-
„ ctum vero fecibus exſiccatis ad ſphincterem
„ non nihil obturatum; inteſtina tenuia con-
„ ſtricta, exiguæ admodum diametri, ad in-
„ ſertionem ilei in cœcum lumbricis aliquot
„ teretibus ſpithamam longis, glomeris inſtar
„ in ſe involutis, oppleta; tunica eorum ex-
„ terna jam putredine infecta lividaque a ſe-
„ ro in cavitate abdominis copioſe collecto
„ jam ſatis fœtente. Glandulæ meſenterii &
„ meſocoli diſtinctæ, tumidæ, induratæ. He-
„ par præter naturam duplo majus, parte ſi-
„ niſtra ventriculum omnem obtegens, cete-
„ ra ſanum. Ventriculus, reliqua viſcera,
„ ſecundum naturam conſtituta. Omentum ad
„ fundum ventriculi retractum, parvum, te-
„ nue, nulla pinguedine diſtinctum. Pectore
„ aperto pulmones comparebant exigui, col-
„ lapſi, ſani, pleuræ non adnati; pericar-
„ dium cor laxe ambiens, ſero extravaſato
„ non nihil diſtentum; cor ipſum parvum,
„ contractum, omni ſanguine vacuum; ſed
„ venæ ipſius coronariæ egregie conſpicuæ,
„ ad rupturam tumidæ. In primis vero au-
„ ricula cordis dextra ſiniſtram ex altera parte
„ ſuperabat, cum ſinu venæ cavæ ſic quidem

„ coalita, ut a ſe invicem non diſtinguenda „ pro uno ſacculo turgidiuſculo habueris, ſol- „ licite inciſa polypum dabat craſſiuſculum, „ ſpithama longiorem, auriculam corpore con- „ torto replentem, venam cavam ſuperiorem „ altera extremitate obſtruentem, membrana- „ ceum, multo cruore arctius cinctum. Venæ „ jugulares in utroque latere pleniſſimæ. Ca- „ pite ſerra diſſecto calvaria cum dura matre „ arctiſſime conjuncta cernebatur, adeo ut „ hæc ſimul incidi & cum cranio auferri de- „ beret; tum vero penitus cum ipſo coalita „ tamquam verum pericranium internum ſine „ dilaceratione plenaria ab oſſe ſeparari non „ poterat. Moles cerebri major, mollior, „ turgidiuſcula erat. Vaſa ſanguifera piæ „ matris turgidiſſima; & in anterioribus cere- „ bri ventriculis extravaſati ſeri portio ſatis „ conſpicua inveniebatur. Sic diem ſuum ex „ polypo maxime ſanguinis circuitum ſuffla- „ minante puella obiiſſe judicata eſt„. Lon- ge vero monſtroſior etiam fuit BÜCHNERI (a) rachitica, quæ „ variolis confluentibus, „ ſero livido repletis, bis laboravit, 7° ni- „ mirum ætatis menſe & 12° anno; 14° au- „ tem, cum ſuperiorem annum longa tempe-

„ ſtas

(a) l. c. §. 6. p. 280.

„ ſtas auſtrina clauderet, veſperi ſatis ceſ-
„ ſit. Per duos ferme annos lactata bene
„ habuit, increvitque, etſi a nervorum dis-
„ tenſionibus non plane libera. Poſtea dum
„ dentes edere incepit, continuis convulſio-
„ nibus ita infeſtata fuit, ut ſanguis e fau-
„ cibus ſæpe evolveretur. Præterea meticu-
„ loſa erat. Geniti demum dentes huic tra-
„ gœdiæ finem dederant; ſed nodoſa fieri &
„ in imperfectum morbum ſpinalem præceps
„ agi, denteſque denuo flavi primo, dein
„ nigri facti excidere inceperant. Ita per
„ 5 annos ſine dentibus vixit, donec 11°
„ anno novus ſuccederet, quem ad tumu-
„ lum aſportavit. Ætatis $3\frac{1}{2}$ anno in platea
„ currens os femoris fregit, & cum a 1° æ-
„ tatis anno pedibus uti valuerit; ab eo ta-
„ men tempore, etſi conſolidatum femur ſe-
„ ctio anatomica mortuæ docuerit, gradien-
„ di non ſolum facultate privata fuit, ſed
„ miſerum corpuſculum in eam figuram,
„ quam huic tractatui affixa tabula exhibet,
„ degeneravit. Perfecte ergo ſpinoſa facta
„ fuit. Porro ab eodem tempore bono ap-
„ petitu ac multo ſomno fruebatur. Diar-
„ rhœa ferme aſſidua per 14-20 dies duran-
„ te, dein per incertum & vagum dierum
„ numerum intermittente, non tamen in ob-
„ ſtructiones ullas terminata, tenebatur.
„ Hæc autem ultimis 6 vitæ menſibus ſpon-

„ te

„ te ceſſavit, & ultimis duobus obſtructio
„ alvi ſucceſſit, bis ante mortem per octi-
„ duum durans. At vero diarrhœæ in lo-
„ cum diſtenſiones nervorum & animi deli-
„ quia, quibus ingruentibus modo in præ-
„ ceps ſe ſe agi lamentabatur, modo auxi-
„ lium implorabat, ſubrogatæ alternisque die-
„ bus, antequam extremis temporibus in a-
„ nomaliam abierint, exacerbatæ ſunt. Præ-
„ terea lenta febricula acceſſit, & ultimis
„ duobus vitæ menſibus per 3 ſæpe dies u-
„ rinam retinuit; ultima vero 7na per om-
„ nes fere horæ quadrantes paucam, & ulti-
„ mo die, quo ad veſperum inclinato mor-
„ tua eſt, guttis continuis ſtillantem miſit.
„ Flaccida & inflata facies 4 ſupra 10 dies
„ circiter ante, quam deceſſiſſet, collapſa
„ eſt. Pede & brachio ſiniſtro primo intu-
„ muit; dein ad dextras partes tumor trans-
„ iit, & ita quoque per 14 dies ante mor-
„ tem ſerum ex oculo dextro ſeu lateris ma-
„ gis tumentis exſtillavit. Tribus ultimis
„ vitæ diebus de nebula oculos obfuſcante
„ conqueſta eſt, & peſſimam mephitim ore ex-
„ halavit, atque extremo die ob orthopnœ-
„ am ſuſpenſa eſſe voluit. Quibus junge,
„ quod dulcibus aſſumptis per 3 dies peſſi-
„ me habuerit, quin tamen vomitus accede-
„ rent; ſed ut diſtenſiones tantum nervorum
„ & animi deliquia intenderentur. Lenicres

„ de-

„ demnm nervorum diſtenſiones vitæ impo-
„ ſuerant finem. Sectio anatomica . . . .
„ hæc docuit: externa corporis facies talis
„ erat, qualem & figura exhibet, & hiſto-
„ ria 2ª (a) jam contemplati ſumus. A
„ morte corpus non obriguit; ſed extremo
„ gradu flaccidum erat, ſponte propenden-
„ tibus membris, quo gravitas aut ſecantis
„ voluntas traheret: neque obſriguit; ſed
„ diu a morte caloris quemdam gradum re-
„ tinuit. Sanguis ſummopere tenuis, reſo-
„ lutus & rutilus erat. Cutis non modo flac-
„ cida & extendenti obedientiſſima, ſed
„ juſto quoque denſior erat. Flaccida & in
„ ſpatium juſto majus propendens vulva.
„ Celluloſa omnis tam cuti ſubſtrata quam
„ omentorum & meſenterii plane evacuata
„ fuit. Nec ſive in hac ſive in vaſis repe-
„ rire fuit, quod dextrum maxime latus in
„ tumorem levaſſet: hinc emphyſematicum
„ aut aereum fuiſſe dubitare non potui.
„ Flaccidi ac cum ſuis tendinibus relaxati
„ muſculi a naturali ſua rubedine abludentes
„ album admixtum habebant. Supra mo-
„ dum molles & ſciſſu faciles cartilagines
„ erant. Ipſa vero oſſa cartilagineam natu-
„ ram & mollitie & facie ipſa æmulata ſunt;
cul-

(a) Vide præced. Nro I. b).

„ cultro anatomico abſque vi totum os fe-
„ moris diſcidi. Articuli a naturali ſua con-
„ ſtitutione . . . degeneraverant. Ita con-
„ tracta ac collapſa pelvis oſſa erant, ut di-
„ gitum ano immiſſum vix admitterent, at-
„ que ut inde tota veſica in abdomen ex-
„ pulſa peregrinaret. Cavum oſſium fiſtulo-
„ ſorum ex binis oppoſitis lateribus admo-
„ dum compreſſum erat, ut cavitas cylindri-
„ ca in planam & parallelogrammiformem
„ mutata eſſet; rubellum tamen ſerum conti-
„ nebat, reſolutum & neutiquam pinguedino-
„ ſum, quod preſſis lateribus plorabat.
„ Spongioſa nullas cellulas exploranti exhi-
„ buerant. In abdomine veſica urinaria ſtu-
„ pendæ erat molis, urinaque tota repleta,
„ ita ut $\frac{1}{2}$ ſuperior pars ultra umbilicum aſ-
„ ſurgeret, inferior vero lata baſi abdominis
„ tegmini accreta eſſet. Porro valde denſæ
„ ejus membranæ erant, nec diſſectæ ac ex-
„ cuſſa urina ullo elatere ſe ſe contrahebant.
„ Magna inteſtinorum pars, præcipue coli
„ initium, induratis ſcybalis repleta, altera
„ flatibus ita diſtenſa erat, ut diametro il-
„ lam multo vinceret. Ventriculus vacuus,
„ ſed nequaquam pro more evacuati contra-
„ ctus, ſed flaccidus & diſtentus fuit. Sa-
„ niſſimum erat hepar, ſed mole auctum.
„ Veſicula fellea ne veſtigium bilis aut alte-
„ rius liquidi, ſed expanſa aerem contine-

„ bat; id quod opinionem meam confirma-
„ bat credentis, tumorem etiam dextri late-
„ ris emphyſematicum fuiſſe. Saniſſimi re-
„ nes & pancreas; ſed lien juſto & minor &
„ durior, tangentique digito ſenſationem cu-
„ juſdam aſpredinis exhibuit. In thorace
„ excolores & pallidi pulmones, ceterum ſa-
„ niſſimi, nullis tophis, nullis tuberculis,
„ nullis vomicis, nulla ſuppuratione, &c.
„ læſi, nec pleuræ ullibi accreti. Sed mole
„ cor flaccidum excedebat; non enim puel-
„ læ aliquot ſpithamarum, ſed viri erat.
„ Caput aperire & nox & defectus inſtru-
„ mentorum & feſtinatio . . . prohibuit.
„ Sed cum perpetuo ſtupida eſſet ægrota,
„ . . . non dubito, quin humidum cerebrum
„ occurriſſet; propterea quod tale ſtupidis
„ infantibus eſſe tot ſectiones jam teſtatæ fu-
„ erint „. Cum autem Auctor omnia alia
p. n. reperta minutim percenſens ſolos oſ-
ſium nodos & curvaturas, quarum gratia
caſum hunc attuli, non verbis ſed adjecta
icone expreſſerit, hujus defectum verbis
conabor ſupplere. Primus ſane dictæ iconis
obtutus illico monſtroſam nodorum & arcua-
torum oſſium ideam ſiſtit; namque utrumque
humeri os non procul ab acromio ſcapulæ ad
angulum, ſi non acutum ut minimum rectum,
ſurſum inflexum eſt; antibrachia ſunt extror-
ſum convexa. Ad carpos ingentes nodi, la-
ge-

genis ventricoſis ſimiles. Femur dextrum paulo antrorſum, ſiniſtrum autem magnopere poſtrorſum convexum. Crurum oſſa antrorſum, dextri paulo infra medium, ſiniſtri medio fere in tractu, ad angulos vel rectos vel acutos incurva. Pes extremus ſiniſter ita contortus, ut dorſum ejus introrſum, planta extrorſum ſita ſit. His ſi grande caput immenſumque ventrem & alia paulo ante enarrata addas, monſtroſam humanæ figuræ depravatæ ideam tenebis. Quærere nunc libet, unde potiſſimum p. n. id genus longorum in artubus oſſium incurvationes repetendæ veniant? Multi varia commenti ſunt, ut cuivis in mentem venit, quos inter E. HAGENDORNIUS (a) curva puerorum crura haud aliunde quam vel a vi externa vel aſſiduo corporis erecti pedibuſque inſiſtentis ſitu provenire putavit: „ plures infantum (ait ille) „ deficiente juſto educationis modo membra „ oſtendunt curva, tortuoſa, informia: hinc „ vel matres vel nutrices ſæpe ſunt in culpa, ſi quando ulnis eos geſtandi pertæſæ „ includunt ſellæ (Ständer), in qua juſto „ diutius cruribus adhuc cereis & molliuſculis ſtare coguntur, & ventris ſuperioris „ mole crura deprimuntur, interque conti-

„ nua-

(a) l. c. Cent. 3. hiſtor. 31.

„ nuationem ſic incurvantur. Sicuti exem-
„ plum habui in puero quodam plebeji cu-
„ juſdam viri, qui ob matris negligentiam
„ tum frequenti ſeſſione tum ſtatione ita cru-
„ ribus fuit depravatus, ut ſexennis non
„ dum pedibus incedere valeret. Pari mo-
„ do culpandus & ille mos eſt; quando te-
„ nellos animi gratia in menſa ſaltus facere
„ cogunt; modo in altum corpuſcula attol-
„ lendo, modo eadem demittendo. Itemque
„ cum matres, nutrices & ancillæ infantulos
„ ulnis geſtantes eorum crura tenella thoraci
„ arctius adaptant; & tantum non compri-
„ munt: quale exemplum in cognatæ meæ fi-
„ liola jam trienni habeo, quæ diu ulnis ge-
„ ſtata cruribuſque ſic compreſſis curvaturam
„ utriuſque contraxit falcis inſtar; ita ut
„ nec dum ſine adminiculo ancillæ greſſus
„ formare poſſit „. Multum tamen cauſa hæc diſplicuit GLISSONIO (a), uti et rudis faſciatio, ſupponentes ambæ p. n. oſſium flexilitatem juſto molliorum, quam ipſe controvertit, ut jam alibi (b) vidimus; ac præprimis „quod ad nutricum vel imperitiam vel
„ incuriam attinet; licet eam (inquit) ex
„ omni

(a) l. c. Cap. 13. p. 133.
(b) Vide præced. a. β.

„ omni parte non excuſemus, vix tamen me-
„ rito hanc curvitatem iis imputare poſſu-
„ mus. Videmus pauperum liberos minori
„ cura tractari, pedibuſque citius committi,
„ quam generoſorum; illorum tamen liberi
„ rarius hoc vitio infeſtantur, quam horum.
„ Præterea nutrices novimus, quæ ſumma
„ etiam adhibita diligentia tum in faſciandis
„ tum in alio quovis modo tractandis infan-
„ tulis, quos lactarent; non tamen potuere
„ hanc oſſium curvitatem præcavere „. Id-
circo opinatus eſt eam ab inæquali oſſis nu-
tritione proficiſci; quæ ſententia hodie, ut-
pote nullis firmis rationibus ſuffulta, perin-
de exolevit; atque cauſa hujus curvitatis a
plerisque nunc in oſſium p. n. mollitiem &
inæqualem in eadem muſculorum actionem re-
jicitur, ſi MORGAGNIUM (a) demas, ſola
ad id inæquali muſculorum actione conten-
tum; nam „cum ad oſſium curvaturas (ait il-
„ le), quæ in pueris illis ſunt, explican-
„ das apta quidem ſed non prorſus neceſſa-
„ ria mihi videatur cerea iſta mollities oſ-
„ ſium, quæ ſatis eſt multo minus quam in
„ adultis, ſicut illa ætas requirit, eſſe dura,
„ ut a prævalente muſculorum vi, ad unam
„ aliquam oſſium faciem attinentium, in eam
„ tor-

(a) De ſedib. & cauſ. morbor. Ep. 58. Nro 7.

„ torqueantur partem „. Et ſane ſi ſenum oſſa duriſſima poſſunt ſola id genus actione muſculorum curva reddi, quid ni & infantum oſſa ſuapte natura molliora? Enim vero retulit J. JUNCKERO (a) „ filius literatus „ de parente ſuo viro 75 annorum, quod ab „ hinc 16 annis poſt ſpaſmos vehementes „ tibiam pedis dextri admodum incurvatam „ acceperit; de reliquo autem bene va- „ leat „. Interea tamen mollitiem vel elaſticitatem fragilitatemque oſſium rachiticorum majorem, quam quæ illorum ætati competit, eſſe evincit omnium facile, quos novi, rariſſimus caſus ab I. F. ISENFLAMMIO (b) deſcriptus: adoleſcens 14 annorum a teneris imbecillus ac valetudinarius, malos ob mores in caſtigatoriam datur domum. Ut ut tunc palleret, ſæpeque doleret venter ſemper tumidus, multum tamen comedebat. Idoneis remediis datis numeroſi vermes magni parvique expulſi eo cum levamine, ut puer aliquibus laboribus peragendis par fuerit. Paucis inde poſt annis de preſſione & conſtrictione pectoris queri cœpit, obſervatumque eſt

(a) Diſſert. de rachitide (4to Halæ 1739. Reſp. H. H. OVERBECK) Cap. 2. §. II. p. 29.

(b) Verſuch einiger praktiſchen Anmerk. über die Knochen 2 Abſchn. §. 90. p. 406. ſqq.

ſterni os inſigniter elevatum, coſtæ dextræ extrorſum, lævæ autem introrſum flexæ, ſuperioreſque thoracis vertebræ dextrum in latus, inferiores vero in lævum emotæ. Deformitas hæc in dies crevit. Quo comperto juvenis in libertatem aſſeri juſſus dum præ gaudio exſiliret, in terram inde corruens dextrum femur fregit. Poſt idoneam aliquot hebdomadum curationem, lectum jam deſerere tentante ægro, cernebatur totum os lævi femoris curvatum & in articulo rigidum, ut ope grallarum tantum incedere laborioſe quiverit. Fruſtra tentatis efficaciſſimis remediis vehementiſſimi potius dolores in artubus, magnaque in juncturis tubera enata, digitique ipſi adeo curvabantur, ut æger alienis fuerit manibus cibandus. Toto adhuc biennio ſævus durabat morbus ſub continuo incremento, atque tum oſſa femoris, humeri & antibrachii in falcem fuere curvata. Thorax ſemper magis anguſtabatur cum dyſpnœæ incremento, ita ut juvenis 22° ætatis anno quodammodo ſuffocatus obierit. A morte longitudo cadaveris a vertice ad imum calcis 3 pedes ac 2 pollices æquabat, abdominis vero ambitus 2 pedes cum pollice. Non ſine admiratione videre fuit, epiphyſium tubera nunc prorſus evanuiſſe, thoracemque totum in vita uſque adeo deformem ad nativam rediiſſe figuram. Omnia vero artuum utro-

utrorumque oſſa longa priſtinam adhuc retinebant curvitatem, & in humerorum oſſibus inferius excreſcentia reperiebatur juglandem magna, oſſaque hæc fuerant corniformia ac valde flexilia; radii vero & ulnæ multo minus ita ſe habebant. Contra ea oſſa longa inferiorum artuum non flexilia, ſed fragilia friabiliaque erant, ut putridi ligni inſtar inter digitos conteri potuerint, ſingulaque inſtar literæ S conflexa fuere. In loco fracti olim femoris callus aderat. Sternum, vertebræ, coſtæque flexiles ac ſpongioſæ; cæteroquin (ut dictum) ſitu ac directione nunc jam ſecundum naturam. Caput ultra proportionem magnum; ſed oſſa cranii ſana. Ex viſceribus (a) ventriculus parvus, inteſtina aere turgida, colon ventriculo capacius, ileon maximam partem gangrænoſum. In meſenterio aliquot glandulæ induratæ. Hepar prægrande & una cum liene ex toto induratum. Pancreati ſingularis appendix lieniformis adhærebat. Pulmones ambo indurati ac pleuræ accreti. Cor cum renibus ſanum. Ex thorace itaque ad naturalem figuram a morte reverſo concludit Auctor, ejus oſſa valde flexilia & elaſtica eſſe debuiſſe, omnemque ejus vitioſam in vita figuram pe-

(a) Ibid. §. 91. p. 408. ſqq.

pendiſſe ab inæquali in illa muſculorum actione, qua poſt mortem ceſſante oſſa hæc priſtinum recuperarunt ſitum; non item oſſa artuum, quorum ſubſtantia ſimul vitioſa evaſit. Verum hoc ipsum inter thoracis artuumque oſſa diſcrimen evincit, opinor, oſſium rachiticorum curvitatem haud ex integro a p. n. muſculorum in illa actione proficiſci.

§. II.

II. *Functiones* autem in rachitide læſæ ſunt

1. *Debilitas* muſcularis, unum e præcipuis ac pene ſemper præſens ſymptoma. Graphice illam, adoptatis ad ſua GLISSONII (a) ſimul verbis, depingit SWIETENIUS (b): „ ſani infantes quamdiu vigilant, vix un„ quam quieſcunt, ſed perpetuo artus mo„ vent & totum corpus, niſi coerceantur, „ perpetuo hinc inde diſcurrunt, quævis ob„ via arripiunt, quibus dum potiti fuerint, „ mox rejiciunt ad alia feſtinantes. Sic non „ leviter cuſtodes ſuos ſolent fatigare parvu„ li. Notum eſt, vix non omnes morbos, „ graviores in primis, a laſſitudine ſponta„ nea

(a) l. c. Cap. 14. p. 166. & Cap. 21. p. 264.
(b) l. c. ad §. 1486. Nro 2.

„ nea & gravitate corporis incipere; non „ ita diu poſt febres vel & morbi acuti ſe- „ quuntur hæc morborum præludia. Ubi er- „ go in junioribus hæc agilitas corporis & „ puerilis petulantia incipiunt minui, licet „ nullus alius morbus ſequatur, tunc rachiti- „ dis ſuſpicio naſcitur, quæ magis magiſque „ confirmatur, ſi hæc laſſitudo inſolita & „ tarditas ad motum corporis diutius perdu- „ rent, imo & augeantur. Hæc motus muſ- „ cularis debilitas incipit a primis morbi ru- „ dimentis. Si intra primum ætatis annum „ aut circiter pueri hoc morbo infeſtentur, „ tardius ſolito pedibus inſiſtunt præ illa de- „ bilitate, & plerumque prius loquuntur, „ quam incedunt. . . Si ambulare jam cœ- „ perunt, antequam morbus ingruat, tar- „ dius incedunt, pedibus infirmius inſiſtunt, „ vacillant, titubant, cadunt. Si quando „ lætentur, non tam profuſe rident, neque „ tanto cum vigore ſe excitant, artusve vi- „ brant, ac ſi tractantium manibus exſilire „ geſtirent, nec irati adeo ferociter calci- „ trant, neque tanta cum animoſitate plo- „ rant, ac ſolent ſani coætanei. Jactatione „ corporis ab aliis præſtita non delectantur, „ nec motu violentiore, uti aliis pueris in „ more eſt; imo potius prævalente morbo „ omnem jactationem averſantur. Dum plo- „ rant, non vehementiore aliquo luſu, aſt

 „ molli

„ molli placidaque tractatione & quiete pla-
„ cantur. Nec oblectantur multum crepun-
„ diis, nec ludicra curant; nec tamen ſtupi-
„ di ſunt, ſed ingenioſi ac ſerii, & . . .
„ vultum videre eſt magis compoſitum & ſe-
„ verum, quam ætas poſtularet, ac ſi in
„ rem ſeriam aliquam meditabundi eſſent „.
Muſcularis autem hæc debilitas in duabus præ primis functionibus ſe ſe prodit, nempe in loquendi & ambulandi facultate inſigniter læſa. Namque

A. *Loquela* rachiticis plerumque ſero advenit; ut ut loqui nihilo minus prius quam ambulare condiſcant. „ Loquela, inquit
„ STORCH (a), non nullis cito & diſtincta
„ advenit; plerisque tamen lente ac difficul-
„ ter. Vidi complures, qui ante 4um an-
„ num ne ſyllabam quidem enunciarunt, &
„ 10° ætatis anno non dum diſerte loque-
„ bantur; licet ratione prudentiaque polle-
„ rent „. Quin imo non nullis a ſuperato etiam jam diu morbo vitium loquelæ ſupereſt, velut in LENTILII (b) puero, 14 licet annos jam nato.

B.

(a) l. c. p. 258. ſq.
(b) Vide §. 10. I. B. 2.

B. *Inceſſus* vero impeditus plura ſuppeditat notatu digna, nimirum impotentiæ hujus tempus, gradus varios, cauſas.

a) *Tempus*, quo functio hæc lædi incipit, eſt varium: aliis intra 1um mox ætatis annum accidit, ita ut nunquam ante inſignem morbi declinationem finemve pedibus pro ſua ætate inſiſtant, velut duo STORCHII (a) trimuli; aliis vero, queis ſerius rachitis ſupervenit, ubi jam plenis viribus ambulabant & currebant, obrepit, ut paulo ante (b) dictum. Ea propter etiam primum fere habetur rachitidis invadentis ſignum, ſi infantes, qui jam prompte & alacriter firmoque greſſu ambularunt, repente occipiant incedere tardius, infirmius, titubando, vacillando, donec aucto malo debilitati perpetuo vel ſedere vel plane cubare cogantur (c). Et quem ad modum rachitis vario vitæ tempore occipit, ſic etiam hæc ipſa difficultas ambulandi. CAMERARII (d) puer curſu jam ſe ſe exercebat, donec fracto femore rachiticus factus ex eo tempore ambulandi amiſit

(a) Vide §. 27. c), & §. 46. a).
(b) Vide præced. Nro 1.
(c) SWIETEN l. c. ad §. 1481.
(d) Vide præc. §. I. B. 5. a) β.

facultatem. BÜCHNERI (a) puella ad $3\frac{1}{2}$ annum pedibus valens, fracto tunc femore ab hinc rachitica facta non amplius inceſſit. Alteri ejus (b) puero expletis vitæ 15 menſibus ambulandi facultas huc uſque integra nutare cœpit, donec finito anno 6° prorſus amiſſa eſt. TACCONI (c) autem femina 7° primum ætatis anno difficulter incedere cœpit, tametſi jam a 3° anno & gibba & artubus curva evaſerit.

b) *Gradus* porro, queis facultas hæc amittitur, ſunt a minimo ſemper ad maximum, ita ut, poſtquam aliquamdiu difficilior in dies evaſit inceſſus, demum prorſus evadat impoſſibilis, uti in vera paralyſi; tuncque aſſiduo vel ſedere vel cubare miſeri coguntur infantes, idque interdum STORCHIO (d) teſte in 3 vel 4 vel plures etiam annos, quem ad modum ejus (e) puellæ $2\frac{1}{2}$ annorum per ſeſquiannum, quadrimoque (f) puero per biennium accidit. Haud ſecius ad omnimodam incedendi impotentiam redacti ſunt rachi-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b) δ. 6.
(b) Ibidem B. Nro 1. c).
(c) Vide §. 25.
(d) l. c. p. 273.
(e) Obſ. clinic. ann. 6. p. 710.
(f) Ibid. ann. 5. p. 105.

chitici BÜCHNERI (a), FICKII (b), HEISTERI (c), RUSSELLII (d), WOLFFII (e), &c. atque perfecta rachitide laborarunt. Aliis vero non prorſus quidem ambulandi facultas perit (vel ob mortem præmaturam, vel cito adhibita remedia, vel minorem morbi vehementiam); verum plus minus evadit ardua, qualem ſemper & HOFFMANNI (f) puer habuit, & STORCHII (g) bimula. Difficultas hæc incedendi eſt interdum ſingularis, qualem STORCH (h) in puero 4 annis majore obſervavit, cui ſpina dorſi adeo incurva gibbaque evaſit, ut inter eundum manus ſemper genibus imponere, flexaque in terram facie repere cogeretur: donec ob tumorem aliquot menſes domo ac demum lecto ſe tenens fatis tandem ceſſit. Aliquando etiam incedendi difficultas a claudicatione occipit, quæ nil minus ſæpe quam rachitidis exordium eſſe videtur, velut STORCHII

(a) Vide ſequ. Nro 7. a) & §. 10. I. B. Nro 1. b. c. Nro 5. b. δ. ƃ. & §. 32.
(b) Vide §. 46. b).
(c) Vide hiſtor. 2.
(d) Vide §. 10. I. B. 1. b).
(e) Ibidem I. A. Nro 1.
(f) Vide hiſtor. 3.
(g) Vide §. 29. d) β.
(h) Obſ. clin. ann. 7. Mart. Cl. 3. p. 79.

CHII (a) proli accidit, & ABILDGAARDII (b) puero, qui deinceps in omnimodam ſenſim ambulandi impotentiam incidit.

c) *Cauſæ* denique imminutæ abolitæve hujus facultatis variæ a variis in medium afferuntur. J. STORCH (c) p. n. jecoris molem cauſari videtur; namque ubi morbi nominum apud Germanos receptorum etymologiam expendit, ei etiam nomen *Ribbe-Kuchen* (i. e. placentæ hypochondriacæ) impoſitum eſſe meminit, atque id non aliunde, quam quod „dextro in latere ſub coſtis hepar in forma rotundæ placentæ viſui tactuique occurrat. Id ipſum (ait) aliquando „in una mearum prolium occaſionem nactus „ſum ſingulari ratione contuendi, quæ ubi „poſt 3um ætatis annum ambulare cœpiſſet, „inceſſum habuit admodum vacillantem titubantemque. Viſurus crurisne id alterutrius vitio eveniret, juſſi nudam per conclave incedere. Quoties autem dextro pede greſſum figebat, toties hepar forma „ampli rotundique libonis panis in dextro „hypochondrio tam fiebat conſpicuum, ut „cutem inſigniter extenſam convexamque „red-

(a) Vide ſequ. c).
(b) Vide §. 34. Nro. 1. a).
(c) Von Kinderkrankh. l. c. p. 252.

„ redditam extrorſum propulerit „. BOOTIUS (a) vero cauſam in artuum inferiorum extenuationem rejicit dicens: „ caput grandeſcit ultra debitum modum, ac proportione (eadem) inferiores corporis partes, coxæ, femora, crura extenuantur ac debileſcunt: unde infantes inceſſui inepti redduntur, non modo illi, qui nunquam adhuc eo uſi fuerant, ſed & qui firmiter admodum agiliterque incedere ac diſcurrere cœperant diu ante, quam hoc morbo prehenderentur „. Neque SWIETENIUS (b) ab hac ſententia eſt alienus; nam „ forte (inquit) in encephalo non hæret „ cauſa labefactati motus muſcularis; ſed „ potius pendet a perdita muſculorum toroſitate & inerti languore, qui in rachitide „ obſervatur. Ubi enim per idonea remedia „ emendatur vappida, quæ in hoc morbo „ adeſt, cacochymia, & reſtituitur firmis „ partibus ſolitum hac ætate robur, muſcularis motus pari paſſu redit, quo hæc vitia „ ſolidarum & fluidarum corporis partium „ corriguntur „.

2. *Appetentia* in rachiticis eſt vel

a) *Na-*

(a) l. c. p. m. 30.
(b) l. c. ad §. 1486. Nro 3.

a) *Nativa*, uti in BÜCHNERI (a) puella 14 annos nata, puerisque HOFFMANNI (b) ac VOGELII (c); vel

b) *Excedens*, ſive voracitas ob acorem humorum, ut in tribus BÜCHNERI (d) puellis, trimulo STORCHII (e) infante, edaciſſimisque BURGGRAFFII (f) & CAMERARII (g) pueris: vel denique

c) *Depravata* ad frigida, ſicca, dyſpepta, &c. Sic J. P. BÜCHNERI (h) „ puer 3 menſibus ſupra annum expletis le„ vibus nervorum diſtenſionibus obiit. Ter„ tio ætatis menſe ablactabatur; dein per „ totum vitæ curſum ſeu per integrum an„ num plane nihil amplius fluidi, ſed ſoli„ da omnia, denſa & ſicca aſſumpſit, adde„ phagus erat, alvo ſæpe per 3 & 4 dies „ obſtructus. Non convellebatur. Abdo„ men magnum; altum pectus; articuli non „ no-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b) δ. 6.
(b) Vide hiſtor. 3.
(c) Vide §. 10. I. B. 5. b). β.
(d) Vide §. 10. I. B. 1. c), & ſequ. Nro 6. 7. a).
(e) Vide §. 27. c).
(f) Vide §. 10. I. B. 5. b). β.
(g) Ibidem a) β.
(h) l. c. §. 8. p. 283.

„ nodoſi; facies plena, pulchra, flaccidior. „ Quadrantem horæ ante obitum cum ſubmiſ- „ ſo clamore nigram & cadaveroſam alvum „ depoſuit „. Rachitidine etiam tribuenda eſt fœdiſſima infantis apud STORCHIUM (a) ſtercus appetentis pica, vel potius hæreditariæ labi? Nam & ſoror pueri parentis in infantia limum, calcem, arenam, aliaque id genus appetiit. Quinquennio inde poſt puer adhuc lemis narium veſcebatur.

3. *Spiratio* laborioſa, ab adulto jam ſaltem morbo, vix unquam abeſt; quippe cujus complures præſto ſint cauſæ decumanæ (b), videlicet

a) *Jecur* prægrande ſuo pondere diaphragma aſſiduo detrahendo liberum ejus motum impediens (c), imo & mole ſua illud altius pellens; enim vero BOOTIO (d) notante „ jecur ſic adauctum cum in ipſo ventre non inveniat ſpatii ſatis, ubi ſe commode explicet, a thorace mutuatur, quod „ ipſi deeſt, ac verſus ſuperiora aſſurgens „ diaphragma longe impellit, adeo ut interdum pectoris cavo vix dimidiam partem „ ſpa-

(a) l. c. p. 266.
(b) Vide §. 10. I. B. 3. e).
(c) PETITUS l. c. p. 552.
(d) l. c. p. m. 32.

„ ſpatii ipſi debiti relinquat „. In TACCONI (a) utique femina ad claviculam uſque pertingebat. „ Pulmones ſic in arctum redacti (per„ git BOOTIUS) contrahunt ſe ſe, ac in „ ſe ſe colligunt: unde fit, ut pectoris „ quoque crates ipſorum cauſa facta iis ſe „ accommodet, ac anguſtior evadat „.

b) *Thorax* male conformatus (b); ita ut capacitas cavi illius evadat juſto anguſtior; id quod vel maxime a coſtis ad latera profunde intropreſſis evenire debere vidimus (c).

c) *Debilitas* muſculorum reſpirationi deſervientium (d).

d) *Cachexia*ne etiam humorum ægre meabilium? Lentum profecto digitosque glutinantem ſanguinem RUOFF (e) ſuo in rachitico reperit. Ab acida tamen dyſcraſia ſanguis plerumqne tenuior eſt fluidiorque, qualis in BÜCHNERI (f) puella & CAMERARII (g) puero fuit, ut qui vaſa oſſium etiam inferciat.

e) *Vi-*

(a) Vide §. 25.
(b) Vide §. 10. I. B. 2.
(c) Ibidem Nro 5. b. γ.
(d) Vide præced. Nro 1.
(e) Vide §. 10. I. B. 5. a) β.
(f) Ibidem b) δ. b.
(g) Ibidem a) β.

e) *Vitalia* organa vitiata vel maxime huc faciunt, cor præſertim ac pulmones, in quibus frequentiſſime vel ſitus eſt vitioſus vel ſubſtantia vel nexus. Si enim, quæ ſuperius (a) de coſtis adeo intropreſſis, ut exiguo ab ſe intervallo flexuræ earum diſtent, attulimus, expendantur, facile apparebit, utrumque ita thoracis cavum in duas dirimi cameras, anticam nempe ac poſticam, pulmoneſque in ſolas poſticas cameras quaſi incarcerari, ubi debite ſe ſe explicare nequeant, corque nudum ac nulla pulmonum parte protectum anterius reperiri, velut hæc STORCH (b) in cadaveribus rachiticorum ſæpius obſervavit. Hos inter miles (c) etiam fuit, ſubito exſtinctus, cujus elatum ſternum ac ſpina introflexa illum olim rachiticum fuiſſe teſtabantur. Defuit ei perinde ac aliis pars illa pulmonis lævi, ſub qua cor latere ſolet, iſtudque nudum ſub ſterno viſebatur, pulmone ubique accreto. Ubi enim pulmones in arctas adeo cavernas impacti compreſſique ſunt, facile cum pleura concreſcunt, ut in CAMERA-

RII

(a) §. 10. I. B. 5. b. γ.
(b) Ibidem.
(c) l. c. p. 265.

RII (a) quoque & GRASSII (b) pueris, tum STORCHII (c) quadrimo ac ſeptenni puella: ut mirum ſit liberos manſiſſe in BÜCHNERI (d) & LANGGUTHI (e) puellis. Unde & GLISSONIUS (f) cadaverum rachiticorum anatomen ſuam referens „ adnaſcentia quædam pulmonum cum pleura (inquit) . . . in omnibus, quos hactenus diſſecuimus, plus minusve adfuit „. Ob impeditam vero debitam pulmonum explicationem perinde facile infarctus in eorum vaſis accidunt, qui in inflammationem, ſuppurationem, gangrænam, tubercula, ſcirrhosve degenerant. Ita in GLISSONII (g) cadaveribus viſebantur „ pulmonum infarctus non minus frequentes, præſertim in ipſis partibus adnaſcentibus: tumores item eorum duri a ſanguine craſſiori, viſcidiori & non nihil nigricante nati, modo in uno modo in pluribus pulmonum lobis; non tamen hi „ ſem-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. a). β.
(b) Vide §. 29. e).
(c) Vide §. 10. I. B. 5. b.) γ. b. & b). β.
(d) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. b.
(e) Ibidem.
(f) l. c. Cap. 2. p. m. 13.
(g) Ibidem.

„ ſemper conſpiciuntur, frequenter quoque „ abſceſſus & empyemata. Aliquis noſtrum „ teſtatur ſe ſemel vidiſſe glandulas ſtrumo- „ ſas tam numeroſas, ut viderentur æquare „ ſi non ſuperare magnitudinem ipſorum pul- „ monum. Sitæ autem fuerunt utrinque inter „ pulmones & mediaſtinum, & a thymo uſ- „ que ad diaphragma protenſæ „. Plura huc facientia alibi (a) dabimus; nunc ſufficiet ad hactenus dicta adjeciſſe, pulmonen in DILLENII (b) puero repertum fuiſſe lividum ac nigricantem, in STORCHII (c) quadrimulo purulentum, in puella (d) gangrænoſum, in HEISTERI (e) rachiticis tuberculoſum, in GRASSII (f) puero ſcirrhoſum Cor autem ejusque auriculæ a tot tantisque pulmonum non ſat dilatabilium vitiis reſiſtentiam experiuntur ac dilatantur: unde toties in rachiticorum cadaveribus vel cor vel alterutra auricula major ſolito reperitur. Majus cor erat BÜCHNERI (g) puellæ, bimulæque STORCHII

(a) Vide §. 30. h).
(b) Vide §. 10. I. B. 3. e).
(c) Ibidem 5. b). γ. b.
(d) Ibidem b). β.
(e) Ibidem 3. e.)
(f) Vide §. 29. e).
(g) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. b.

CHII (a): contra vero inſignem in cordis auriculis diſcrepantiam repererunt CAMERARIUS (b) ac STORCHIUS (c).

f) *Extravaſata* in thoracis cavis. „In „ cavitate thoracis vidimus, inquit GLISSONIUS (d), aliquando aquas ſeroſas col„ lectas, & frequentius quidem, quam in „ cavitate abdominis; non tamen in omni„ bus„. Quæ cum ita ſint, facile jam liquet, quot & quantæ cauſæ ſpirationem efficiant laborioſam in rachiticis, cum varia tamen, pro vitiorum nempe varietate ac magnitudine, intenſitate. Sic J. P. BÜCHNERUS (e) „rachiticos . . . ægre per na„ res ſpiritum trahere obſervavit. Vidit, „ quibus dormientibus admodum in pectore „ ebulliret, qui deinde quamdam materiam „ in fauces tuſſi evolutam deglutirent. Vidit, „ quibus vigilantibus idem contingeret„ ob muci nempe in pulmonibus vim. Anhelarunt perinde BURGGRAFII (f) puer ac LENTILII

(a) Vide §. 29. d) β.
(b) Vide §. 10. I. B. 5. a) β.
(c) Vide §. 29. d). β.
(d) l. c.
(e) l. c. §. 13. Obſ. 7. 8. p. 285. & §. 27.
(f) Vide §. 10. I. B. 5. b). β.

TILII (a) puella; dyſpnœa laborarunt CAMERARII (b) ac LENTILII (c) pueri & STÖRCKII (d) infans, quæ ſeptennem BÜCHNERI puerum (e) ex intervallis tantum, primam vero & alteram puellam (f) continenter (ni perpetuo alteri illi thorax duro fibulatorio muniretur) affligebat. Orthopnoica vero fuit ejuſdem (g) puella 14 annorum; & moleſtum aſthma RUSSELLII (h) puellam tenuit. ISENFLAMMII (i) denique adoleſcens velut a ſuffocatione periit. Ad eaſdem ſpirationis læſæ cauſas & *halitus* teter & *tuſſis* revocari poſſunt: hanc BÜCHNERI (k) puella, puerique LENTILII (l)

(a) Vide ſequ. Nro 7. c).
(b) Vide §. 10. I. B. 5. a). β.
(c) Vide ibid. Nro 2.
(d) Vide § 34. Nro 1. c)
(e) Vide §. 10. I. B. 1. c).
(f) Ibid. b), & §. 11. Nro 7. a).
(g) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. 6.
(h) Ibidem Nro 1. b)
(i) Ibidem Nro 5. b) δ. 6.
(k) Vide §. 30. e).
(l) Vide §. 10. I. B. 2.

ac STORCHII (a); illum vero duo BÜCHNERI (b) infantes ac FICKII (c) puer habuerunt.

4. *Decubitus* in alterutrum vel etiam utrumque latus arduus, idque vel ob tumores pulmonum vel extravaſatos humores in thoracis cavis; GLISSONIUS (d) etiam pulmonum cum pleura concretionem culpat, hodie raro culpabilem: „ pueri hoc morbo afflicti (inquit ille) ſæpe lateralem decubitum „ modo dextrum modo ſiniſtrum averſantur, „ aut ſaltem ægrius ferunt; nimirum vel ob „ coaleſcentiam pulmonum cum pleura, vel „ tumorem in adverſo latere; ſupino vero „ decubitu ut plurimum delectantur „.

5. *Senſus* porro interni externique in rachiticis peculiariter ſe ſe habent; vel enim ſub integro ſenſuum externorum uſu interni vigent per exceſſum vel per defectum peccant. Communiter quidem (e) rachitici aſſeruntur pollere „ ingenii præmaturo acumine, „ ſen-

(a) Vide §. 30. h).
(b) Vide §. 10. I. B. Nro 1. b), & Nro 5. b).
ð. b.
(c) Vide §. 46. b).
(d) l. c. Cap. 21. p. m. 271.
(e) H. BOERH. aphor. de cogn. & cur. morb. §. 1486. Nro. 3.

„ ſenſuum ſincero exercitio„. Et SWIETEN (a) „ miſelli illi (ait) licet debiles & „ ad motum corporis artuumque inepti, acu- „ mine ingenii valent, ac quidem plus, quam „ in tenera tali ætate quis exſpectaret; ſimul „ ſenſuum omnium exercitium illibatum ma- „ net: hinc functiones encephali in hoc morbo „ ſatis integræ ſuperſunt; deficit aut lan- „ guet ſaltem illa, quæ motui muſculorum „ voluntario præſidet„. Contra vero J. STORCH (b) diligentiſſimus rachiticorum obſervator non nullos eorum ſtupidos vidit, & ab hinc tota vita ſimplices; pleroſque tamen ſupra ætatem ſapuiſſe animadvertit: imo BÜCHNERUS (c) „ ego ſaltem (inquit) plu- „ res ſtupidos rachiticos quam facultatibus „ animæ valentes hactenus vidi; etſi hos quo- „ que viderim„. Stupidus ſane fuit ſexennis ejus puer (d), aliuſque ſeſquiennis infans (e). Interea tamen inculcat SWIETENIUS (f), diſcrimen eſſe faciendum inter imperfectos rachiticos, quoſque morbus, ubi

(a) Ibidem in commentar.
(b) l. c. p. 258.
(c) l. c. Obſ. 4.
(d) Vide §. 29.
(e) Vide §. 32.
(f) l. c.

jam incedere didicerunt, invadit, & perfectos; namque initio morbi encephalon præter magnitudinem capitis nil vitii patitur: omnibus ergo ſenſibus pollere hi ægri poſſunt. In adulto vero morbo etiam encephalon vitiari poteſt, præſertim a ſero in ejus cavis effuſo: unde qui per initia morbi ingenio pollebant, ſinceroque ſenſuum exercitio, in morbi increſcentis decurſu, præſertim ſi ſerum in encephalo colligatur, hebetes ſtupidique evadent. Enim vero GLISSONIUS (a) de cadaverum rachiticorum ſectione agens „ inter duram (ait) „ & piam matrem atque in ipſis ventriculis „ cerebri ſeroſas aquas in non nullis a nobis „ diſſectis reperimus: unde patet, affectum „ hunc cum hydrocephalo complicari poſſe. „ Cerebrum in aliis a nobis diſſectis ſatis fir- „ mum & inculpabile, neque illuvie ſeroſa „ inundatum deprehendimus „. Perinde GRASSII (b) puero aqua in ventriculis copioſa erat, & LANGGUTHI (c) in puella calvariæ dura mater adeo arcte adhæſit, ut ſimul inciſa cum cranio auferenda fuerit; atque in anticis cerebri ventriculis ſeri copia

ſatis

(a) l. c. Cap. 2. p. m. 15.

(b) Vide §. 29. e).

(c) Vide §. 10. I. B. 5. b). ∂. 6.

ſatis conſpicua inventa. In bimula quoque STORCHII (a) præter fontanellam duorum pollicum, oſſa cranii mollia, tenuiſſimas meninges & anterius mucoſas, glandularumque pinealis ac pituitariæ abſentiam, vaſa turgida & cerebrum ſanum, cyſtis aquam limpidam continens in cranio reperta eſt. „ Unde illa hebetudo, inquit SWIETENIUS (b), ſi comitetur quandoque rachitidem, „ non pendet ab ipſo hujus morbi genio; „ cum e contra inſolitum ingenii acumen toties mirentur medici in rachiticis; ſed ab „ alio morbo accedente ortum ducit, feri „ nempe aquoſi collectione in calvariæ cavo „. Et vero ſi ad eos, qui ad ætatem adultiorem cum deformi thorace, curvis cruribus capiteque grandiore pervenerunt, animum advertas, ad unum omnes ingenioſos eſſe confitearis oportet; imo & eos, qui non nullas tantum morbi reliquias retinuere, ut LENTILII (c) adoleſcens. SWIETENII certe ſententiæ ſuffragantur ABILDGAARDII (d) & HOFFMANNI (e) pueri,

(a) Vide §. 29. d.) β.
(b) l. c.
(c) Vide § 10. I. B. 2.
(d) Vide §. 34. Nro 1. a).
(e) Vide hiſtor. 3.

ri, & ipſa BÜCHNERI (a) etiam puella 10° ætatis anno perfectam rachitidem experta.

6. *Convulſiones* quoque qua tonicæ qua clonicæ rachiticis non ſunt infrequentes, præſertim appetente dentitione; ſiquidem non paucis eorum iſta inter convulſiones peragitur, quo tempore rachitis occipit, quem ad modum accidit BÜCHNERI (b) puellæ 14 annorum, quam abſoluta dentitione convulſiones reliquerunt. Aliis vero per omnem fere vitam vel toto ſaltem morbi tempore manent, uti STORCHII (c) trimulo infanti ac tribus BÜCHNERI puellis. Harum „duæ gemellæ „(d) . . . quæ etſi neque dentes neque morbum „ſpinalem attigerint, huc tamen pertinere „deinceps intelliges. Una ¾ anni altera an„num vivendo explevit. Utraque perpul„chra quidem erat, ſed magnum tamen ca„put & genæ relaxatæ, licet jucunde ruben„tes; magnum quoque abdomen; admodum „addephagæ, vere epilepticæ erant, ore ſpu„mantes, & digitis in pugnum collectis ad„modum trementes convulſæque. Per diem „ſæpe infeſtabat hic paroxyſmus cum acuto

„cla-

(a) Vide §. 10. I. B. 1. b).

(b) Ibidem Nro 5. b). δ. 6.

(c) Vide §. 27. c).

(d) l. c. §. 4. p. 279.

„ clamore exorſus & cum terroribus alternans. „ Miſerum viſu! ſubinde ſub paſtu convelle- „ bantur; poſt tamen æque ac antea admo- „ dum ingurgitabant, & vix $\frac{1}{2}$ a paſtu hora „ elapſa redibant convulſiones. Extra do- „ mum delatis certa epilepſia inſtabat. Ano „ ſæpe obſtructæ erant, tuncque graviores „ convulſiones, dato tamen clyſtere mitiga- „ tæ. Pulvis epilepticus marchionis ſæpe ad „ duos dies terrores & epilepſiam diſtulit. „ Sæpe pedibus, ſæpe toto corpore tume- „ bant, ſæpe quoque tumor ſucceſſive ſolutus „ fuit, & mortuis uni dexter alteri ſiniſter „ pes tumidus erat. Obibant autem convul- „ ſionibus & terroribus per 2 dies continuo „ alternantibus. Non vero pulchritudinem „ faciei mors vicit, alias abunde miſeras Hip- „ pocratica facie dedecorare nolens „. Ter- tia (a) vero „ natu minima . . . creſcendo „ ſtaturam infantis annum unum nati non ex- „ ceſſit, nec vivendo 3 annos. Unum cum „ $\frac{1}{2}$ anno convulſa & vomens dentes protru- „ ſit. Et etſi a cunis miſera eſſet, debi- „ lior tamen ab eo tempore exſtitit nec ire „ nec ſedere valens. Abdomen tumidum, „ pectus elevatum, addephaga, vere epile- „ ptica & pauciſſimi ſomni erat, ita ut intra

„ 24

(a) Ibidem §. II p. 284.

„ 24 vix 2 horas dormiret. Sub paroxy-
„ ſmis epilepticis urina & ſcybala vi exclu-
„ debantur. Strabiſticam convulſiones fece-
„ rant perpulchram alias puellam & facie ple-
„ niſſimam, licet flaccidiorem. Sed id memo-
„ rabile eſt, quod omnis color veſtitusque
„ ruber ab ipſius oculis procul removendus
„ fuerit, nihil certius quam epilepticum in-
„ ſultum excitaturus: porro quod aliquando
„ per 2 dies mirum in modum toto corpore
„ intumuerit; 3° ſummopere inquieta ab omni-
„ bus exſpiratura credebatur; ſed veſperi
„ uno vomitu & dejectione nigra ac ova pu-
„ trida redolente & mortem eluſit, & ſimul
„ atque ſemel omnis corporis tumor evanuit.
„ Teneſmis inanibus quoque pluribus per ho-
„ ram vicibus correpta fuit. Vitæ extremo
„ anno bis hyeme variolas ſero livido non
„ ſatis repletas experta eſt, & ſub poſterio-
„ ribus 10 dentes, caninos & molares, raro
„ phænomeno una protulit. Poſtquam per 14
„ dies & facies in rugas collapſa ex infante
„ anum finxerat, & tribus ab hinc diebus dor-
„ mire inceperat, epilepſia continente vivis
„ erepta eſt. Nodoſa fuiſſe negabatur; re-
„ liqua tamen morbi ſpinalis ſymptomata
„ erant „. Quandoque autem convulſiones non niſi prope mortem ingruunt, ut in PREUSSII (a) puero. Paulo vero rarius eſt

(a) Vide ſequ. Nro 7. d).

eſt, contracturas artuum in rachiticis obſervari, ut CAMERARIUS (a) vidit in ſutoris puero, qui diu retractis ad corpus pedibus jacuit, donec octiduo ante mortem eos iterum extendiſſet.

7. *Vacuationes* denique variæ varia perinde in rachiticis phænomena præbent.

a) *Alvus* primum teſte STORCHIO (b) aliis fluxa eſt, adſtricta aliis, plerisque tamen ſecundum naturam, at copioſa; ægri autem adeo hic ſunt ſordidi, ut licet abunde ſapere videantur, iſthac tamen in re nullius munditiei ſint ſtudioſi; forte ob ſegnitiem a debilitate. Quantum ad alui fluxum attinet, ZEVIANI (c) „ illum ſemper in omnibus ra- „ chiticis obſervavit, multique alii ſcriptores „ illum inter vera rachitidis ſymptomata refe- „ runt, in primis WALDSCHMIDIUS „ (d). At ſi ad aliorum quoque reſpicias obſervata, nihil hic certi obtinere videbis. Nam etſi BENEVOLI (e) puero puellæque tum

LEN-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. a). β.

(b) l. c. p. 266.

(c) l. c. Cap. 1. §. 6. nota. (2).

(d) Caſ. med. lib. 5. caſ. 22.

(e) Vide §. 39.

LENTILII (a) quoque ac STORCHII (b) puellis alvus fluxerit; in BÜCHNERI (c) tamen puella 14 annorum e fluxa tandem evaſit adſtricta, & puero (d), qui principio ſæpe in 3 vel 4 dies alvo caruit, proxime mortem nigra & cadaveroſa accidit. Sexenni etiam ejuſdem (e) puero ſæpe alvus adſtricta fuit; STRACKII (f) quoque puellam difficilis, non fluxa vexabat alvus. Hæc porro aliquando etiam teneſmodes eſt, velut in BÜCHNERI (g) puero & puella. Quanto autem interdum cum labore alvum rachitici exonerent, documento eſt alia BÜCHNERI (h) obſervatio: „puella natu maxima, ſupra annum „3 menſes ætate attingens, primo abſque „convulſionibus dentes gignere incepit; mox „ab eo tempore nodos articuli exhibuerant, „brachia & pedes curvabantur, ac 3° anno „etiam gradi prohibita in perfectum morbum „ſpi-

(a) Vide ſequ. c).
(b) Vide §. 29. d). β.
(c) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. 6.
(d) Vide præced. Nro 2. c)
(e) Vide §. 29.
(f) Vide §. 10. I. B. 5. a). β.
(g) Vide præced. Nro 6. & §. 10. I. B. 1. c).
(h) l. c. §. 2. p. 277.

„ ſpinalem incidit. Abdomen prætumidum „ & pectus ad latera compreſſum, anterius „ elevatum geſtabat. Caput prægrande, caro „ pendula & laxa, dyſpnœa continua. Sæpe „ per hebdomadem obſtructa alvo laborabat: „ deinde ingentibus cruciatibus & nervorum „ diſtenſionibus . . . indurata & lapidea ſcy- „ bala ea vi extrudebat, ut fiſſis ſeu rhaga- „ dibus diſtinctis ani marginibus ſatis copio- „ ſis rivis ſanguis proflueret. Ceterum plu- „ rimum comedebat addephaga, & a 2ª po- „ meridiana uſque ad 7ᵃᵐ veſpertinam, ubi „ 3½ annos nata vivis exceſſit, convulſio- „ nibus & nervorum diſtenſionibus cum cla- „ more ingruentibus divexata eſt; quartam „ vero horæ partem ante obitum crepitans ſo- „ nitus ex ipſius corpore exaudiebatur, qui „ cum moreretur, repetebatur „.

b) *Urina* vero etſi plerisque ſecundum naturam procedat, in tribus tamen BÜCHNERI (a) infantibus fuit ſuppreſſa; niſi quod in puella 14 annorum iſchuria demum in enureſin abierit.

c) *Sudores* quoque interdum accidunt, ut BÜCHNERI (b) puellæ. Aſſiduos ex-

per-

(a) Vide §. 10. I. B. 1. c.) 5. b.) δ. b. & § 29.
(b) Vide §. 30. e).

pertus eſt CAMERARII (a) puer, olidos puer FICKII (b), frigidos LENTILII (c) puella 15 menſium, nodoſa, elato ſterno, carnibus flaccidis, prægrandi ventre & capite, brachio dextro fere immobili, anhelans & alvi profluvio detenta, oſſeaque macie deformis. quibus malis demum ſuccubuit.

d) *Hæmorrhagiæ* denique etiam rachiticis non ſunt inſolentes. Nam cum obſervante BÜCHNERO (d) ſanguis iis admodum ſit ob acorem vaſorumque atoniam reſolutus, faciles inde vel anaſtomoſes vel diabroſes ſanguini viam ex vaſis elabendi præbentes enaſcuntur. Ita crebris narium hæmorrhagiis affligebantur BÜCHNERI (e) puella ſexennisque puer (f) ac STORCHII (g) trimulus. Cum his vero hæmoptoen quoque perpeſſus eſt ſeptennis BÜCHNERI (h) puer. Quotidianæ narium hæmorrhagiæ luculentum ex-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. a) β.
(b) Vide §. 46. b).
(c) Eteodr. med. pract. p. 517.
(d) l. c. §. 26. p. 294.
(e) Vide §. 10. I. B. 1. b).
(f) Vide §. 29.
(g) Vide §. 30. h).
(h) Vide §. 10. I. B. 1. c).

exemplum refert M. PREUSSIUS (a): puer 6 in manu dextra, 6 lævo in pede digitos ex utero attulit, ita ut uterque ille ſextus digitus e radice minimi enatus, non parallelo cum ceteris ſed tranſverſo eſſet ſitu, apicemque a corpore prorſus averteret. Poſtridie ambo forcipe feliciter adempti ſunt. Puſio tamen ſemper valetudinarius manſit ac rachiticus, maximo capite, magno ventre, curvis pedibus; &c. Octiduo ante obitum corripitur acuta febre cum quotidiana hæmorrhagia narium, nullatenus cohibenda. Tandem ſupervenit anaſarca, inflatio ventris, & convulſiones totius corporis, ac demum mors. In cadavere hepar maximum, pallidum, prædurum; lien totus ſcirrhoſus tantæque molis, ut a lævo hypochondrio ad pubem uſque totum ventris latus expleverit; ſtomachus ac inteſtina flatibus diſtentiſſima; & ileon paſſim maculoſum nigreſcens ac ſphaceloſum: pulmones emarcidi: reliqua inculpata. Sed nec ab hæmorrhoidibus rachitici ſunt immunes, qua cœcis qua fluentibus; illas parentes plerumque pro ani prolapſu habent. J. STORCH (b) vidit puerum trimulum, rachiticum leviter, qui ul-

(a) Miſc. nat. cur. Cent. 3. obſ. 11.
(b) Quinquepart. pract. l. c. Cl. 3. p. 134. ſq.

ultra 8 dies diarrhœam ſanguinolentam ſtriatam paſſus hæmorrhoidale quoque tuberculum nactus eſt (a parentibus pro ani procidentia habitum), dolorificum & aliquot diebus ſanguinem fundens. Acceſſere morbilli, alteroque eruptionis die puer ano catoque ſanguinem excrevit; ſed rite inveſtigata re compertum eſt, ægrum narium hæmorrhagia prius laboraſſe, partemque ſanguinis fuiſſe deglutitam, quæ ab hinc vomitu rejecta eſt. Idonea ergo adhibita morbillis curatione, illitoque ungu. albo camphorato, quod ani tuberculum intra paucas horas diſcuſſit, puer ſanitati eſt redditus. Alium id genus caſum J. P. WAHRENDORFF (a) literis prodidit: puer $6\frac{3}{4}$ annorum A. 1719 ex patre ad hæmorrhoides diſpoſito prognatus, ac die 2^{a} Octobr. in lucem editus, imbecillo corpore, difficulter inceſſum orſus eſt. Inde ventre tumente artus debiles facti. Anno demum 3° ambulare cœpit, cruribus antrorſum & in latera curvatis, cetera hilaris. A. 1723, ætatis 4°, Majo menſe febre acuta 14 dierum prehenſo accidit mane diei 3^{tii} 4^{ti} & 7^{mi} narium hæmorrhagia, quam poſtremam eodem adhuc die pur-

(a) Annal. Vratisl. Tent. 37. A. 1726. Jul. Cl. 4. art. 18. p. 137.

purpura ſecuta. A morbo ſenſim ſe collegit. Junio a matre adductus ob ani prolapſum interdum accidentem; re autem inveſtigata non ani procidentia ſed cœcæ hæmorrhoides tumere viſæ, quæ poſt unum alterumve diem ſponte apertæ fluxere, puero quotidie ſanguinis aliquid ano reddente cum inſigni levamine, quod inde minueretur venter, vireſque creſcerent. Septenni quoque ejus fratri uſque adeo fluebant, ut induſium ipſius menſtruantibus eſſet ſimile. Fluxus hic utrique aliquamdiu perſtitit. Major natu diutius vixit, ceſſante licet fluxu ſanus; junior autem ſanguineo-cholericus 7° ætatis anno obiit, ut ut etiam deſinente fluxu aliquamdiu bene valuerit. Morbus, quo periit, videtur fuiſſe ſcarlatina poſt variolas non obſervata ſatis, & in hydropem anaſarca abiens. Sectio cadaveris non conceſſa.

CAPUT V.

PROEGUMENAE CAUSAE.

§. 12.

1. Sexus nil diſcriminis videtur ad rachitidem promptius contrahendam ſecum ferre,

& N. ROSENSTEIN (a) haud dum compertum eſſe ait, maresne plures an feminæ huic morbo ſint obnoxiæ. Sane quas coram habeo obſervationes, totidem pene utriuſque ſexus rachiticos exhibent.

§. 13.

2. AETAS *tenera* tantum modo rachitidi patet; ut ut aliqui cuilibet illam ætati communem eſſe voluerint: id quod nulla certa fide probari poſſe erudite oſtendit BRENDELIUS (b). Utrum vero p. n. illa oſſium in adultis mollities obſervata analogi quid cum rachitide habeat, felicioribus ingeniis diſpiciendum relinquo. Ipſa vero etiam prima ætas quosdam hic limites habere dicitur. Enim vero GLISSONIUS (c) „ aſſerimus (inquit) . . . morbum hunc rariſſime infantes mox a partu „ aut ante ſemeſtrem ætatem, imo forte ante „ 9um menſem corripere. Ab illo tempore „ vero paulatim incipere frequentius in dies „ graſſari, uſque nempe ad primum ætatis annum completum cum dimidio. Inde fre-

„ quen-

(a) l. c. p. m. 387.
(b) l. c. §. 1. nota (a).
(c) l. c. Cap. 18. p. m. 217.

„ quentiam quaſi ἀκμὴν ſuam attingere & in „ eadem quaſi conſiſtere ad finem uſque ſe- „ cundi ætatis anni cum dimidio, ita ut tem- „ pus frequenter invaſionis ſit annus ille in- „ teger, qui mox primum ſeſquiannum a partu „ ſequitur. Exacto 2° anno cum dimidio mor- „ bus in dies minus frequenter invadere in- „ cipit „. Iſthoc effatum deinceps ſcriptores alius ex alio deſcripſere. Ita & BRENDELIUS (a) „ rariſſime (ait) connaſcitur infan- „ tibus (i. e. exſerit ſe ſe matris in utero), „ rarius a partu ſtatim contrahitur ſeu nativa „ eſt), raro ante 6um, frequenter a 9° „ menſe, frequentiſſime ad annum cum di- „ midio uſque, apud nos potiſſimum, item- „ que poſt illud tempus invadit; continet ta- „ men ſe intra ſpatium duorum dimidiique „ a partu annorum, ac raro trimis majores „ adoritur „. Unde limites ejus forent a menſe 9° ad 3um uſque ætatis annum. Alii vero alios ſtatuunt, quos inter C. STARCK (b) „ initium . . . rachitidis (inquit) maxi- „ me juxta 16um ætatis menſem, non nun- „ quam etiam poſt id temporis eſſe conſue- „ ſcit; vix aliquem expletis 2 annis prehen- „ dit, non nullos intra primum ætatis an-

(a) l. c. §. 3.
(b) l. c. p. 160.

„ num „. Verum tamen haud uſque adeo rara ſunt exempla rachitidis datos hic limites vel præoccupantis vel tranſgredientis. Vidit STORCH (a) puellam, cui poſt primum ætatis trimeſte mox conſpicua rachitidis exordia ſe ſe exſeruere: contra ea ISENFLAMMII (b) adoleſcens, etſi a teneris valetudinarius, rachiticus tamen longe poſt 14um ætatis annum fieri manifeſte occepit. Sed nunquamne rachitis in utero? Rariſſime id alii, alii nunquam fieri pronunciant. H. BOERHAAVIUS (c) „ infantibus ille (morbus, inquit) nun„ quam connatus, raro ante 9um ætatis men„ ſem, vix unquam poſt biennium vitæ, ſed „ ſpatio hoc medio frequens accidit „. SWIETENIUS (d) eundem ſecutus „ rachitis (ait) „ vel nunquam vel admodum raro connaſci„ tur, nec memini me unquam vidiſſe recens „ natum, qui hoc morbo jam laborabat „. ZEVIANI (e) perinde nullum unquam infantem cum hoc morbo natum contendit fuiſſe viſum. Id ipſum deinceps WINKLERUS (f) alii-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b). β.

(b) Ibidem b). δ. b.

(c) l. c. §. 1481.

(d) Ibidem.

(e) l. c. §. 2. p. 1.

(f) Diſſ. de atrophia infant. ex lacte corrupto. §. 4. p. 5. A. 1728.

aliique poſt BOERHAAVIUM tenuere. Inter incerta id ſaltem refert ROSENSTEIN (a), licet noverit infantem ruſticum egenum, quem parentes cum rachitide natum referebant; ſed ruditas eorum in rite dijudicando morbo obſtitit, quo minus ipſe verbis eorum fidem adhibuerit. Nihilo tamen ſecius haud neganda exſtant obſervata medica fœtuum in utero jam manifeſte rachiticorum. Sic A. BOOTIUS (b) „ mali hujus originem (inquit) infantes ſæpe „ in utero matris contrahunt, idque vel mox „ in ipſo conceptu vel geſtationis tempore „: id quod ipſum experientia procul dubio edocuiſſe cenſenda eſt; & GLISSONIO (c) referente „ teſtatur aliquis noſtrum, ſe ſemel, „ & ſemel tantum, vidiſſe puerum recens na- „ tum hoc morbo afflictum. Atque in eo „ ſpina dorſi & collum adeo erant debilia, „ ut nulla ratione valerent grandiuſculum ca- „ put ſuſtinere. Obiit hic intra 3 menſes „ poſt partum: quibus patet, eum graviſſime „ fuiſſe affectum „. Porro L. G. KLEIN (d) vidit gemellos partu editos, unum rite

(a) l. c. p. m. 383.
(b) l. c. p. m. 33.
(c) l. c. Cap. 15. p 172.
(d) Diſſ. ſiſtens caſum rachitidis congenitæ 1763. translatum deinde in nova acta nat. cur Tom. 1. Obſ. 38. p. 146.

conformatum, alterum rachiticum, qui poſt 10 a partu dies obiit. Nimirum „ruſtica „ atrabiliaria abſoluto tempore parit gemel- „ los feliciter: alter corpore rite conſtructus, „ at debilis, adhuc ſupereſt; alter morboſæ „ conformationis . . . 10 modo inter vagi- „ tus vivebat dies. Multo rogatu obtinui „ licentiam inſpiciundi ſaltem proxima nocte „ emortuum. Judicavi corpuſculum a violen- „ tiæ vel putredinis vitio integrum tres ulnæ „ Francofurtenſis quadras forte longitudine „ æquare, ceteroquin tenue, lanugine longa „ obſitum maxime in facie, & vere rachiti- „ cum. Caput quippe in proportione ad re- „ liquas partes juſto majus erat, & in occi- „ pite tuberoſum; facies veriſſime repræſen- „ tabat eam, quæ eſt decrepitis ſenibus; pe- „ ctore lateribus quaſi compreſſo, coſtæ in „ cartilaginum locis nodoſæ ad collum emer- „ gebant prope, obliquo itinere, ita ut dex- „ træ ſiniſtris eſſent altiores, ſterno ſimul pro- „ minentiore. Abdomen apparebat inſigni- „ ter tumefactum; cuncti at corporis muſculi „ emaciati, laxa cincti cute. Notabilis vide- „ batur prominentia epiphyſium ad juncturas „ radii, ulnæ, genu, tibiæ, fibulæ cum ſpi- „ næ dictorumque oſſium incurvatione & lati- „ tudinis intuitu augmento. Os iſchium ſini- „ ſtrum dextro altius ſedebat, pedemque id- „ circo dextrum lævo longiorem metiebatur

„ ma-

„ manus abſque femoris ſiniſtri noſcenda lu-
„ xatione aut fractura, nec ulla ad hos lo-
„ cos inflammatione tumiditateque conſpicua.
„ En rachitidem connatam!„ &c. Eo autem minor ambigendi cauſa de hocce caſu, rachitidine an alii morbo deſcripta illa mox dicti fœtus deformitas tribuenda ſit, relinquitur J. A. MURRAYO (a), quo plura connatæ rachitidis etiamnum dicenda ſuperſunt exempla. MOREL apud VANDERMONDE (b) ſceleton deſcribit infantis cum rachitide nati, moxque a partu mortui. Longitudo ejus a capitis vertice ad pedum calces erat 12 pollicum, capitis diameter 12 pollicum ac 2 linearum; diameter minor thoracis a 1ª coſta vera ad eandem oppoſiti lateris 11 linearum, media diameter a 7ª coſta vera ad eandem lateris adverſi 1 pollicis cum 8 lineis, maxima vero a 3 coſta ſpuria ad cognominem oppoſitam 2 pollicum cum 2 lineis; diameter pelveos major inter utramque oſſium ilei criſtam 1 pollicis ac 7 linearum, minor vero interius ab uno iſchii oſſe ad alterum 7 linearum. Brachium ſiniſtrum ab acromio uſque ad medii digiti apicem (qui non ultra imam coſtam ſpuriam pertinebat) duos pollices cum

(a) Ad ROSENST. l. c.

(b) Recueil period. Tom. 7. Juill. 1757. p. 434.

9 lineis, dextrum autem 3 pollices, longa erant. Artus denique inferiores ab externo acetabuli margine ad imum uſque calcanei 2 pollices & 5 lineæ metiebantur. In externa oſſium conformatione rachitis manifeſte ſe prodebat; caput enim prægrande, omoplatæ inſtar oſſium ilei craſſæ & anguſtæ, oſſa humeri, cubiti radiique ſingulari modo curvata, inque medio inſignis craſſitiei, ac magis etiam circa extremitates. Carpus, metacarpus ac digiti ſecundum naturam. Antici coſtarum margines nodoſi, eorumque cartilagines perquam latæ, & quæ ad ultimas coſtas longas pertinebant, binasque ultimas breves, fuere curvæ & extrorſum flexæ, adeo ut thorax ſic ſatis campanas vitreas in hortis uſitatas æmularetur. Spina dorſi rite conformata. Oſſium femoris craſſities & curvitas erant extraordinariæ. Medulla putredine prorſus liquata totam poſticam imamque lævi oſſis femoris partem uſque adeo corroſit, ut reliquiæ tantum condylorum ope exiguæ tenuiſque oſſeæ lamellæ & perioſtii cum ceteris oſſis partibus cohæſerint. Os tibiæ ac fibulæ nihil e ſtatu naturali habuere, adeo nempe & forma & ſimilitudine abludebant: contra tarſus ac metatarſus digitique fuere ſecundum naturam. Connatam quoque rachitidem vidit & SICHI (a) & STOR-

(a) Vide §. 37.

STORCHIUS (a) in puella, & generatim hac de re agens (b) „ non nulli (ait) infantes hunc „ morbum ex utero matris afferunt (NB. iſt- „ hoc improvide dictum foret, ni id ipſe „ vidiſſem expertuſque fuiſſem); aliis ſub „ lactatione accidit; contra aliis & quidem „ pleriſque poſt ablactationem: rurſus alii eo- „ dem, dum incedere incipiunt, & denique „ alii jam dum 7um attigere annum, corri- „ piuntur. Qui ab utero rachitici fiunt, ii „ maximam partem jam inde ab initio inquieti „ ſunt in utero, non ſine multis matris gra- „ vidæ moleſtiis, partumque cauſant dolori- „ ficum vel ob grandius caput vel perver- „ ſum illius corporisque ſitum. Si mox a „ partu luſtrentur ſedulo, jam paſſim veſtigia „ rachitidis reperire eſt. Cum aliquando fe- „ minæ gemellos parienti, quæ jam 5 vel 6 „ proles rachiticas, omnes demum morte ab- „ reptas, nacta eſt, intereſſem, resque mihi „ de labe hæreditaria & morbis jam abunde „ nota eſſet, rachitidemque perinde ſæpius „ inde oriri perpenderem, exoravi parentes, „ ut hos mihi gemellos luſtrare concederetur, „ monſtravique prudenti patri adſtanti filium „ rite per omnia conformatum, qui etiam „ ex 10 vel 11 germanis unicus erat rachi- „ tidis expers; filia vero jam tunc elatum in

„ acu-

(a) Vide §. 29.

(b) Von Kinderkrankh. l. c. p. 255. ſqq.

„ acumen pectus, & coſtas utroque in latere
„ introflexas, nec non tumoris epiphyſium
„ in ſuperioribus inferioribuſque artubus ru-
„ dimenta habebat, quæ etiam demum ultra
„ 4um ætatis annum omnia huic morbo ſolen-
„ nia ſymptomata, ut ut ſub aſſidua præ-
„ cautione, modoque tolerabili, eſt exper-
„ ta: donec demum his feliciter ſuperatis
„ adultiori nihil e corporis deformitate vitii
„ ſuperfuit. Porro qui ex utero matris ru-
„ dimenta rachitidis in lucem attulere, ple-
„ rumque paulo poſt nativitatem inquieti
„ fiunt, multum clamoſi, idque ſæpe in 18
„ vel 20 hebdomades, alvo virideſcentia
„ egerunt, torminoſi, inflatur caput, donec
„ poſt ablactationem morbus evadit magis
„ conſpicuus. Hujuſmodi etiam infantes ubera
„ plurimum appetunt inſatiabiles; licet parum
„ inde capiant incrementi „. Ex hac narra-
tione liquet, non uſque adeo raram, ac mul-
tis viſa eſt, eſſe rachitidem congenitam; mo-
do medici exemplo STORCHII corpora neo-
natorum ocyus perluſtraſſent, multo ſæpius,
quam hactenus, id ipſum detexiſſent. Quod
ſi itaque morbus non illico a partu ſe ſe
præbeat conſpicuum, tum ut plurimum poſt
ablactationem ſeu dentitionis tempore ad 3um
uſque ætatis annum in nervum erumpere
conſuevit. Sic $\frac{3}{4}$ anni habuit BURGGRA-

FII

PII (a) puer, dum conſpicua morbi præbuit indicia; contra vero 3° primum ætatis anno obſervari cœpit in FICKII (b) puero ac femina TACCONI (c), quamvis forte rudimenta non obſervanda hi ægri ex utero attulerint. Multo autem rarius videre eſt rachitidem in pubertatis tempus vel ſerius etiam incidentem. ISENFLAMMII (d) adoleſcens etſi poſt pubertatem rachiticus manifeſte evaſerit, ad illud idem tamen uſque tempus perpetuo fere vixit valetudinarius, ita ut rachitica materia jam inde a cunis præſto quidem fuiſſe videatur, at non dum tanta vel copia vel acrimonia, quæ ſolennibus morbi phænomenis producendis par fuiſſet. Rariſſimum vero omnium eſt, rachitis juvenili primum ætate ingruens, cujus nulla ante præludia obſervare fuit, cujusmodi rem THOMASSIN (e) memoriæ prodidit. Puer nimirum ſemper ſanus uſque adeo, ut ab anno ætatis 17° ad 18um uſque fortis robuſtuſque exſtiterit. Ab hinc vero manifeſte emaciari cœpit, ut ut citra ſenſible valetudinis detrimentum;

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b). β.

(b) Vide §. 46. b).

(c) Vide §. 25.

(d) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. b.

(e) Journ. de Medecine, &c. T. 43. Mars 1775. p. 222. ſqq.

tum; niſi quod identidem leves febris acceſſiones experiretur. Malæ celeriter fiebant concavæ, cutis e livido pallebat, oculi ſplendore nativo amiſſo flaveſcebant. Mœſtus vultus. Ventriculus male affectus cum inconſtanti appetentia; dyſpnœa, ſummaque totius corporis debilitas. Tanta autem pernicitate in deterius ruebat æger, ut articuli pedum, crurum, manuum, cubitorum, humerorumque intumuerint, mediumque horum tumorum juncturis e directo reſpondens fuerit oedematoſum. Lumborum vertebræ cœpere poſtrorſum protuberare, thorax vero antrorſum admodum procurrere. Lateralis diameter cavi pectoris magnopere minuebatur ob coſtarum convexarum ſubſidentiam ſimulque majorem ſterni a vertebris receſſum: unde thorax evaſit ſimilis thoraci avium. Ultimæ quoque colli primæque dorſi vertebræ procurſum fecere inter omoplatas, ſuperiorque pars & caput inſigniter vergebant antrorſum. Cum nulla horum omnium manifeſta appareret cauſa, onaniam Auctor ſuſpicabatur, quod ægerrime ferente patre, Auctor ægrum deſeruit. Iſte nil proficientibus variis remediis in dies pejus habebat, viribus tamen ſic ſatis perſtantibus, ut quotidie ad deambulandum (id quod fere ad fatalem uſque diem continuavit) egredi poſſet; forte ob adhibitum regimen ſumme analepticum, datis eſui ſucculentis carnibus & aro-

mate

mate conditis, potui autem vino ſaccharato. Ultimo morbi menſe deformitas trunci corporis crevit, & femora cruraque oppoſitos ſibi in arcus ita curvabantur, ut S Romanum referrent. Tandem æger poſt $3\frac{1}{2}$ circiter morbi menſes, ex improviſo obiit. Quo tempore Auctor accitus eſt, abdominis molem reperit ſecundum naturam, citra ullam rachiticis ſolennem protuberantiam. Dolendum anatomen a morte fuiſſe neglectam!

§. 14.

3. HAEREDITARIA *labes*, cui GLISSONIUS (a) non favens „ non dum liquet „ (ait), an parentes hoc morbo in pueritia „ afflicti prolem eo affectam genituri ſint „. Et ROSENSTEIN (b) de rachitide agens „ in felicitate (inquit) reponendum eſt, eam „ carere contagio, nec quantum hactenus „ compertum habetur, labe hæreditaria con„ trahi „. Porro J. D. GOHLIUS (c) opinionem STORCHII convulſurus „ quod PELAR„ GUS (ait) rachitidem hæreditariam & avito „ tra-

(a) l. c. p. 179. Conferatur Cap. 15. p. 171.

(b) l. c. p. 387.

(c) Act. med. Berol. dec. 2. vol. 7. ſect. 1. p. 60.

„ traduce ſatam velit habere, ex allatis ſuis „ exemplis ſufficienter conſtare non poteſt. „ Quod vir quidam ſeptuagenarius ob pedum „ aliquam curvaturam naturalem, qualem in „ innumeris pluribus individuis obſervare poſ- „ ſumus, pro rachitico in infantia exſiſtente „ judicatur, hæreditatis jus ſolitarie non con- „ ficit; quippe ego contra exempla ſcio, ubi „ parentes utrique artuum nullo defectu con- „ ſpicui nihilo minus infantes nanciſcantur ra- „ chiticos. Obſervo potius admodum facile „ confundi infantes ex ſpinæ dorſi disloca- „ tione ſpuria gibboſos factos cum talibus, „ qui rachitici vocantur „. Neque hæredi- tariæ labi aliquid hic tribuendum cenſet SWIETEN (a) dicens: „ in theſauro rerum „ naturalium Regis Galliæ (b) a ſummis in „ hiſtoria naturali viris BUFFON & AU- „ BENTON . . . deſcribitur & delineatur „ ſpecies canis, quem ob humilem ſtaturam „ *Baſſet* vocant; licet longitudo corporis ſatis „ inſignis ſit. In horum canum ſceletis quan- „ doque deformitas in oſſibus extremorum „ anteriorum invenitur, & tunc vocantur *cru-*

„ *ribus*

(a) l. c. ad §. 1485 Nro 3.

(b) Hiſt. nat. gen. & part. T. 5. p. 300. ſq. Tab. 35. 51.

„ *ribus tortis*. Simile in oſſibus extremo-
„ rum vitium obſervatur in pueris rachiticis.
„ In reliquis ſceleti talis canis oſſibus nulla
„ apparet deformitas; imo & in ſubſtantia
„ oſſium horum deformium nullum obſerva-
„ tur vitium, ſed ſaniſſima ſunt: cum e con-
„ tra in rachitide oſſium ſubſtantia a natura-
„ li ſtatu manifeſte degeneret. Hinc dubitat
„ Cel. AUBENTON, an non primi canes
„ in hac ſpecie laboraverint rachitide, quæ
„ huic deformitati originem dediſſet, & de-
„ in ſenſim evanido hoc morbo manſiſſet ef-
„ fectus, oſſium deformitas nempe ad poſte-
„ ros translata jure hæreditario? Imo crede-
„ re videtur, infantes rachiticis parentibus
„ natos eandem corporis deformitatem per
„ longam generationum ſeriem traducere poſ-
„ ſe, poſt morbum jam curatum ſuperſtite
„ manente tali deformitate. Aſt quantum
„ novi, in humano genere hoc non dum ob-
„ ſervatum fuit „. Hæc ille. At J. STORCH, quo nemo hac in re curatiſſime obſervanda & curioſior fuit & oculatus magis, omnino tuetur, rachitidem plerumque eſſe gentilitiam ob numeroſas (quas ſuis ubique locis dabimus) obſervationes ab ſe factas, coarguitque ſibi paulo ante obtrectantem GOHLIUM, cujus e propriis verbis oſtendit morbum eſſe hæreditarium. Nam quia iſte (a) „ & noſtro
„ (ſcri-

(a) l. c.

„ (ſcribit) Berolinenſi loco ab hinc, quod „ Gallicæ coloniæ jura civitatis nactæ ſunt, „ frequentius inter Gallos quam inter no- „ ſtrates obſervantur rachitici, morbo etiam „ ad adultam ætatem uſque notati, talem „ fulcris ſubalaribus nixum & pendulum lo- „ comotivam exercere ſæpiſſime conſpexi, „ & qui de anno præſenti 1726 in futurum „ prodibit index, feminam Gallicam 20 an- „ norum rachitide denatam intimabit. Poſt „ mutuam autem utriusque nationis cohabi- „ tationem ſtabilitam frequentiora etiam ra- „ chiticorum infantum exempla inter Germa- „ nos obtingunt„; recte STORCHIUS (a) quærit: quid ille cohabitationis mutuo nomine ſibi velit? Solum ne domicilium? an conjugia? Si prius, tunc rachitis contagioſa ſit, oportet; quod nemo adhuc vidit: ſin connubia inter utramque gentem, tunc utique clarum ſit, rachitidem inde evaſiſſe hæreditariam. „ Ego autem, inquit STORCH (b), „ ſinceriſſime hactenus etiam aſſero, omnia „ mea in praxi a me unquam viſa exempla „ me in dies magis mea in ſententia confir- „ mare, omneque eximere dubium; ut ut „ quandoque acciderit, ut parentes pudori „ ſibi

(a) l. c. p. 280.
(b) Ibidem.

„ ſibi duxerint (fateri), morbos id genus „ ſua ſibi in pueritia obtigiſſe. In matre, „ cujus tres proles a morte ſecui ; nullum „ quidem rachitidis veſtigium reperi, nec „ adhuc A. 1726 aſſenſum obtinui, dum „ id e patris curvis adhuc aliquatenus et- „ iam tum cruribus, qui cetera bene con- „ formatus fuit, evincere volui. At A. „ 1737 mater demum confeſſa eſt, ſororem „ ſui mariti multas partu edidiſſe proles, „ omnesque rachiticas evaſiſſe, atque inſu- „ per aliquas earum peſſime mulctatas & in „ pumiliones redactas. Novi alios conju- „ ges, ambos morbum hunc in infantia per- „ peſſos, quorum proles omnes, optimo li- „ cet ſub regimine, malum idem experiun- „ tur. Omnia mea in praxi viſa exempla „ pro demonſtrando adducere foret admo- „ dum prolixum; ſagaces enim Practici a „ præjudiciis liberi ſi ad conſpicua adhuc a- „ vorum, parentum, & in linea collaterali „ affinium veſtigia obſervanda animum ad- „ verterint, vadem me do, nullum iis ab „ experientia dubium hac in re ſuperfutu- „ rum „. Meminit porro anniculi infantis (a), alteriusque trimuli (b), ac pueri itidem

 trien-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b) γ. c.

(b) Vide §. 23.

triennis (a), qui non a patre modo matreque, ſed ab ipſis jam avis rachitidem hæreditate accepit. Alius (b) anniculus patre rachitidis olim toleratæ veſtigia præ ſe ferente prognatus, & cujus frater eandem aliquot ante annis ſuperavit, dextro in dorſi latere coſtas quadam in plaga prominentiores nactus & crura fortiter decuſſans ſatis docebat, rudimenta ſe avitæ rachitidis adeptum eſſe. Perinde & alium (c) 9 menſium puerum vidit rachiticum, cujus thorax a claviculis uſque ad ſcrobiculum cordis ſeu totum ſternum extrorſum prominebat convexum ac breve, capite magno & carnibus flaccidis. Hujus etiam pater ſimilem tum conformationem thoracis habebat: ut liqueret, puerum ex hæreditate rachiticum eſſe. Nactus item eſt (d) curandum infantem 2½ annorum, cruribus curvis, nodoſis articulis, magnoque ventre cum dextri hypochondrii doloribus, cujus mater per aliquot infantiæ annos rachitidem, ex toto dein evanidam, paſſa eſt; in matertera autem manifeſta adhuc ejuſdem ſupererant veſtigia. Provocat denique auctor ad

(a) Obſ. clin. ann. 5. Febr. Cl. 3. Nro 2. p. 49.
(b) Ibid. ann. 7. Decemb. Cl. 3. p. 296.
(c) Ibid. ann. 6. Januar. Cl. 3. p. 3[illegible]1.
(d) Ibid. April. Cl. 3. p. 538.

ad ALBERTI (a), BOELI (b), HEISTERUM (c) ac TEICHMEIERUM (d), qui omnes gentilitiam dari rachitidem agnovere. Subinde vero, ut in aliis quibusvis hæreditariis morbis, ita in rachitide quoque eum ad modum ſe res habet, ut e pluribus generationum individuis ſemper unum tantum modo hoc morbo laboret, illæſis ceteris. Ita STORCH (e) „novit virum 90 annis majo-„rem, rachitidis adhuc veſtigia habentem, cui „inter 7 proles unicus erat filius, qui in „pueritia rachitidem ſuperavit; filia vero „bene formata e 5 prolibus rurſus unicum „tantum filium nacta eſt, rachitidem leviori „tantum in gradu perpeſſum. Iſte vero ipſe „primogenitus, cetera rite formatus, inter „8 proles perinde unicum modo filium, le-„viori rachitide affectum, ſuſcepit„. Aliquando etiam parentes in adulta jam ætate nulla amplius rachitidis veſtigia præ ſe ferunt; ſed proles eorum ad unam omnes rachiticæ ſatis produnt avitum eſſe morbum, velut in BURGGRAFII (f) & CAMERARII (g) pue-

(a) Introd. in med. phyſiol. & pathol. p. 326.
(b) De atroph. infant. p. 12.
(c) Diſſert. de rachitide §. 1. p. 17.
(d) Diſſert. de infant. atrophia rachitica p. 13.
(e) l. c. ann. 4. append. 2. p. 795.
(f) Vide §. 10. I. B. 5. b). β.
(g) Ibidem a) β.

pueris, bimula STORCHII (a) ac tribus WOLFFII (b) infantibus res eſt liquida. Quid quod BÜCHNERUS (c) II proles rachiticas eorumdem parentum deſcribat? Neque prætereunda eſt crurum rachiticorum ſucceſſio apud STORCHIUM (d): „ hodiedum „ (refert ille) novi ſeptuagenarium in ſuis „ parumper curvis cruribus rachitidis veſti„ gia habentem, cujus duo filii eodem ſunt „ modo conformati, horumque proles ab „ 2° ad 7um ætatis annum adeo recurvis e„ rant cruribus, ut eorum fracturæ inter am„ bulandum ſecuturæ metuerentur: quod ſi „ octavum attingant annum, rurſum crura „ ſic ſatis recta evadunt, ut deinceps non „ niſi veſtigium hæreditarii mali retineant. „ Homines ejusdem ſenii ſimilibus cum reli„ quiis jam in juventute mea novi, quorum „ nunc jam quartam generationem eodem „ hocce morbo affectam novi „. Atque ex his opinor ſatis ſuperque conficitur, rachitidem non modo perperam e ſerie morborum gentilitiorum a multis fuiſſe expunctam, ſed illam inſuper tam eſſe hæreditariam, ut nullus morbus magis.

§. 15.

(a) Vide §. 29. d) β.

(b) Vide §. 10. I. A. 1.

(c) Diſſ. cit. § 2. ſqq.

(d) l. c. ann. 2. Junii Cl. 3. p. 267.

§. 15.

4. PARENTES vel ambo vel alteruter laxi aut cacheſtici a non paucis huic morbo creduntur originem præbere: & quidem

a) *Laxi*, debiles, pituitoſi, quod pater ita conſtitutus effœtam genituram afferat, mater autem ſimilem ſibi prolem in utero effingat: unde facillima ad morbos quosvis diſpoſitio fœtui conciliatur. Hinc BOERHAAVE (a) „maxime . . . infeſtus (inquit) „ habetur (hic morbus) proli, cujus paren- „ tes laxa & debili conditione corporis, „ otioſi, molles, opipara menſa, cibis pin- „ guibus, ſaccharatis, pauco pane, vinis „ dulciſſimis, & aqua multa calida uſi, mor- „ bis chronicis, venere, ætate exhauſti, ta- „ bi in primis venereæ & iteratis gonorrhœis „ multum obnoxii effœtam fere genituram „ impenderunt generandis liberis „. Hinc & GLISSONIUS (b) teſtatur „morbum hunc „ potiſſimum infeſtare generoſorum cunas, „ præſertim eorum, qui molliter vivunt, de- „ inde eorum, qui ſedentariam & ſecuram „ vitam agunt; minime omnium cunas eo- „ rum, qui mediocris ſunt fortunæ, & qui

(a) l. c. §. 1482.
(b) l. c. Cap. 23. p. 286.

„ laboribus aſſueti ſunt „. Quorſum forte facit CAULITZII apud L. HEISTERUM (a) obſervatio de matrona, quæ tota graviditate vino aliisque potibus calefacientibus ac noxiis cibis ſub aſſidua in lecto quiete dedita prolem enixa eſt rachiticam. Et quia obeſi plerumque laxo ſunt corpore, hinc ZEVIANI (b) ſe obſervaſſe ait, parentum obeſorum & corpulentorum proles, uti & has ipſas, ſi obeſiores ac magis nutritæ ſunt, rachitidi plus eſſe obnoxias, præ primis quæ lacte materno fuere deſtitutæ. Sed omnia hæc reor magis cerebri eſſe commenta, quam ab experientia profecta; ſiquidem longa deinceps obſervatio ruſticæ gentis laborioſæ ac robuſtæ, frugalique victu uſæ progeniem, ut toties GHERLI (c) aliique viderunt, eſſe malo huic perinde, ni plus etiam, obnoxiam.

b) *Cachectici* vero parentes, veluti in HOFFMANNI (d) & LANGGUTHI (e) caſibus, magis ad rem facere videntur. Valet hic præ primis cachexia

α. Ar-

(a) Diſſ. cit. §. 20. p. 19.
(b) l. c. Cap. I. §. 11. p. 6.
(c) Vide §. 36. a).
(d) Vide hiſtor. 3
(e) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. 6.

α. Arthritica ; ſiquidem ægritudo hæc & laxa debiliaque parentum corpora reddit, & oſſa vitiat, neque infrequenter ab acore pendet. „ Sic novimus miſellam ar- „ thriticam, inquit L. G. KLEIN (a), quæ „ gravidata ſemper bene valebat, infirmos „ aſt, rachiticos factos, edebat infantes; „ reliquo tempore articulorum tormentis con- „ tracta tota membris excarnificabatur ſem- „ per „.

β. Leucorrhoica ; ut quæ laxitatem vel pro cauſa vel pro effectu habeat, mucoſamque & non raro acrem humorum conditionem. De mulieribus huic malo obnoxiis STÖRCK (b) ſequentia notat: „ tales . . . „ feminæ pariunt plerumque infantes craſſos „ robuſtos, & hi tales manent per plures „ menſes; poſtea vero emaciantur, laſſi „ fiunt, & membra pendula gerunt. Tan- „ dem ſubſequitur peſſima rachitis, quæ ra- „ ro huc uſque ſanari potuit „.

γ. Scorbutica, quæ præter ſolidorum laxitatem humorum quoque acrimoniam habet comitem. Hac labe affecti fuere parentes binarum prolium apud FICKIUM (c).

(a) Interpr. clin. tit. *Graviditas* p. m 17.
(b) Ann. med. 2. p. m. 215.
(c) Vide §. 46. b).

Pauca tamen alia hanc in rem exempla reperire eſt.

δ. *Scrophuloſa.* J. P. BÜCHNERI (a) „undecim . . . prolium (b) mater ſcro-„ phuloſa eſt, & 40° ætatis anno ita vetu-„ lam facie mentitur, ut mirarer de anoma-„ liis menſium querentem; pater & ante „ & quam diu genuit, inconcuſſæ valetudi-„ nis ſe ſe ſemper fuiſſe affirmat; vermibus „ tamen majorem in modum olim laboraſſe „ conſtitit, & hodie quoque exſucco ac „ rheumatico corpore ſenium anticipat: ce-„ terum ſedentariæ vitæ homo acu durum „ panem lucratur, atque eos inter eſt, quos „ vitam merendi difficultas conterit ac con-„ ſumit „.

ε. *Purulenta*, ut in phthiſicis, VATERO (c) viſa eſt rachitidem produxiſſe, quo teſte tres puellæ a patre phthiſico ex morboſa quoque matre ſuſceptæ evaſerunt rachiticæ. Solidisne robur adimendo vel bilem enervando, ſicque in acorem proclivitatem conſciſcendo, aut alia haud dum ſatis nota ratione purulentus fomes rachitidem conſciſcit?

(a) l. c. §. 12. p. 285.

(b) Vide §. 10. I. B. I. b. c. 5. b. δ. 6. §. 11. Nro 2. c). 6. 7. a). §. 27. a. §. 29. §. 32. §. 30. e).

(c) Vide §. 10. I. A. 3.

ſcit? Illuſtrem juxta ac raram pro hacce cauſa obſervationem nuper protulit J. C. TODE (a): vir optima ætate, euchymos, interdum parumper hypochondriacus, cum ſaniſſima conjuge ſeptem genuit proles ſanas ac rite conformatas, quarum pleræque aliam & aliam nutricem habuere, matre nulli earum ubera præbente. Proles 8ª maſcula, ſaniſſima perinde futura viſa, nacta eſt nutricem ruſticam mulierem, quæ jam ſeptimam lactavit prolem, optime valentem. Hæc præſentem puerum lactans nanciſcitur parvum abſceſſum in lævæ papillæ areola, ex quo, non obſtante deligationis apparatu, pus emergebat adeo, ut ipſa impedire nequiret, quo minus puer interdum illius non nihil cum lacte deglutiret. Abſceſſus interea ſolito tempore perſanatus. At lapſo inde menſe puer manifeſte emaciari, colore fœdari lurido, ſenſimque rachiticus fieri. Effloruit ſimul exanthema circum os cruſtæ lacteæ ſimile, cujus deciduis ſquammis aliæ ſuccedebant. Per idem tempus in genitalibus quoque erupere puſtulæ, brevi abeuntes, denuoque repullulantes, decedente hic illic cuticula, non ſine inſigni plagarum dolore. Quin & circa anum ex-

(a) Medic. chirurg. Biblioth. 9 B. 3 St. 2 Abſchn. 1 Beob. p. 557.

excreſcentiæ obortæ ob ſedem ac figuram condylomatibus venereis ſimillimæ. Symptomata hæc junctim ſpectata miaſmatis venerei ſuſpicionem injecere, ut ut omnia reliqua contrarium ſuaderent, valetudo nimirum moresque parentum integerrimi. Idcirco ſuſpicio nutricem tetigit. Sed hæc præcedentem jam prolem lactavit, nunc & alias ſaniſſimam; faſſa tamen eſt, ſe clam ſui copiam marito identidem facere, at nil quidquam ſe inde præter naturam perſenſiſſe, ultroque ſe ſe accurato ſubjiciens examini ſaniſſima reperta eſt. Verum cum condylomata rem nihilo ſecius ambiguam facerent, Auctor nutrici alumnoque præbuit electuarium purificans, & puero inſuper quotidianum aquæ tepidæ balneum imperavit, non ſine aliquo fructu; nam oris exanthema genitaliumque puſtulæ evaneſcere viſæ, ut ut poſtliminio denuo utrumque refloruerit: at condylomata nil mutata. Conſulti tum duo celebres medici in eo ambo coaluere, luis venereæ ſuſpicionem haud eſſe vanam, nec inutilem fore mercurium; at rem ab hyeme in proximum ver eſſe differendam. Inde ſub ulteriori electuarii depurantis uſu aphthæ quoque ſupervenere, ſuſpicionem ſyphilitici miaſmatis tanto magis aſſerentes. Contra ea Auctor hac ipſa de cauſa præſentiam acidi, cuncta hæc ſymptomata promentis, ſuſpicari cœpit.

Qua

Qua propter ſolutionem boracis cum melle roſarum aphthis penicillo illinendam præſcribit, ſuggerens, minime obfuturum, ſi quid inde puſio deglutiret etiam; id quod proinde pene ſingulis vicibus ſub litu accidit. Quid fit? aphthæ diſparuere, deceſſit oris exanthema, condylomata exaruerunt, ac genitalium puſtulæ non amplius repullularunt. At rachitide quid demum factum? Hiſce etiam ſuffragatur F. C. OETINGERI (a) apud E. G. BALDINGERUM (b) obſervatio, qui „vidit „ rachiticos, in quibus miaſma variolarum „ retropulſum vel reſorptum, ad oſſa delatum, in quibus morbilloſa acrimonia reſorpta, ad oſſa delata, in quibus pus vel „ ichor ex fiſtuloſis vel aliis impuris ulceribus reſorptus, ad oſſa delatus, rachiticas „ oſſium corruptiones produxerunt. Vidi „ (ait) hæc citius vel tardius fieri, & certus „ ſum diverſas plane in humoribus natas „ acrimonias ſimilia oſſium vitia produxiſſe. „ Expertus ſcio, reſorptum ex ulceribus cacoetheis poſt variolas male curatas relictis „ ichorem produxiſſe in uno rachitidem oſſi- „ bus

(a) Diſſ. de virib. rad. rubiæ tinct. antirachiticis §. 49.

(b) Sylloge ſelect. opuſc. argum. medic. practic. Vol. 5. Nro 9. p. 280.

„ bus mollioribus, in altero rachitidem oſſi-
„ bus fragilibus, ſedulo poſt mortem in u-
„ troque caſu examinatis, diſtinctam. Ne-
„ que habent, quod obvertant practici, qua-
„ ſi illa ulcera cacoethea poſt variolas non
„ niſi in ſcorbuticis, venereis, vel alia ca-
„ cochymia corruptis relinquantur, & hinc
„ concludant, tamen fuiſſe diverſam acrimo-
„ niam, quamquam uterque infans ex una
„ cauſa viſa variolis male finitis in rachiti-
„ dem inciderit: ſani antea fuerunt, vix
„ ætate differentes, & ex neglectis variolis
„ unius adeo epidemiæ inciderunt in rachiti-
„ dem „.

ζ. *Syphilitica.* Plerique ſane credi-
derunt, rachitidem venereo deberi ut pluri-
mum morbo, cujus etiam ſententiæ fuit
BOERHAAVIUS (a), & BURGGRAFII (b)
certe puer a patre ſyphilitico prognatus eſt.
Verum hæc opinio hodie jam perpaucis arri-
det. „ Certum eſt, inquit SWIETEN (c),
„ lue venerea infectos ex utero materno pro-
„ dire infantes ſæpius. . . . An vero tales
„ infantes citius aut pejus rachitide affician-
„ tur, quam alii, non dum videtur penitus
„ con-

(a) l. c. & §. 1488.
(b) Vide §. 10. I. B. 5. b) β.
(c) l. c.

„ conſtare. Rachitis enim . . . diverſus a „ lue venerea morbus eſt, qui & facilius cu- „ ratur, & longe aliam ſanandi methodum „ requirit, quam lues, qua infecti naſcun- „ tur infantes, non autem rachitide, quæ „ vel nunquam vel rariſſime a nativitate in- „ cipit, ſed notabili poſtea tempore ſe ma- „ nifeſtare ſolet. Lui congenitæ rachitidem „ ſuccedere poſſe nullus dubito; ſed & cer- „ tus ſum, ſaniſſimos, dum naſcebantur, in- „ fantes rachitide correptos fuiſſe, licet nul- „ lum omnino nec in illis adeſſet luis veſti- „ gium uſque in corpore, nec in parentibus „ ullum ſignum prægreſſæ olim luis invenire- „ tur. Unde dum conſtat, luem & frequen- „ tes gonorrhœas ſic enervare quandoque „ totum generationis apparatum, ut effœtam „ ferme genituram impendant miſeri procre- „ andis liberis, videtur concludi poſſe, ſed „ nullo modo certum eſt, quod & inde pen- „ deat origo rachitidis. Præterea lues ve- „ nerea integro ſeculo antiquior eſt rachiti- „ de „. Quid quod obſervatum ſit, infantes venereos ab aſſumpto illitove Mercurio evaſiſſe rachiticos (a), contra quam evenire oporteret, ſi rachitis venereæ labi deberetur. Hæc SWIETEN. At enim ve-

ro

(a) Vide §. 35.

ro non pauca ſuppetunt, quæ in contrarium dici queant: nam neque epocha rachitidis uſque adeo evicta eſt, ut iſta antiquiorem ſyphilidem quiſquam pro certo compertoque tenere poſſit, neque etiam mercurius ita conſtanter operari eſt viſus, ut ejus ab uſu non modo nil commodi rachiticis acceſſiſſet, ſed multo potius morbum latentem adhuc evolviſſet potius: quandoquidem indubiis conſtat obſervatis, rachitidem mercurii uſu fuiſſe percuratam, ut alibi (a) dicetur. Quapropter ut demus non omnem rachitidem a miaſmate venereo progigni; nunquam tamen aſſentiemur iis, qui nullam inde rachitidem oriri poſſe, ſibi perſuadent.

CAPUT VI.

PROCATARCTICÆ CAUSÆ.

§. 16.

1. DIÆTA *prava*, ſolida relaxans debilitansque, humores vero attenuans & acore imbuens, paſſim ut excitans rachitidis cauſa habetur (b); cujuſmodi præſertim ſunt ingeſta

a)

(a) Vide §. 35.

(b) BRENDEL l. c. §. 13.

a) *Aceſcentia* vel acida, ac vel maxime lac: unde morbus hic ſæpe debetur nutricibus aceſcente nimis lacte præditis. Vocabatur G. V. ZEVIANI (a) primo vere A. 1754 ad infantem admodum tabidum cum obſtructo ventre, febricula, & aliqua crurum ſpinæque dorſi curvitate, ingenio prompto & ad miraculum vivaci, floridoque vultu. Sæpe tamen capite dolens tumorem ſub aure habuit. Alvi ſolutio ſæpe varieque, at necquicquam, tentata. A doſi magneſiæ quia materiæ aliquid vomuit, iterabatur magneſia addito rheo: unde infans magna materiæ denſæ & albæ, conſiſtentia & odore caſei, fruſta ejicere cœpit. Enim vero toto priori vere lac immoderate immanique vi ingurgitavit, & ab hinc ægrotare occepit. Idcirco rhei uſus cum ſapone Veneto porro datus: unde cum alvo ac lotio copioſa prodibat materia corrupta caſeoſi odoris. Inde colli tumor ac cephalalgia minuebantur; ſuperſtitibus tamen identidem moleſtiſſimis in fronte ac verſus inguina doloribus punctoriis. Poſt 8 dies conquieſcente vomitu & alvi fluxu vigor & appetentia rediit. Verum aliquanto inde poſt dolore frontis & inguinum facto

(a) l. c. Cap. 3. §. 96. p. 80.

facto frequenti & graviori rediit vehemens febris, intra paucos dies letalis. Perinde H. BOERHAAVE (a) refert, poſt 8 liberos rite valentes, a matre lactatos, 9^am^ prolem nutrici commiſſam evaſiſſe rachiticam: unde liquet a pravo nutricum lacte rachitidem conſciſci poſſe, præſertim ſi notante eodem auctore (b) iisdem illa vitiis laboret, qualia in parentibus culpari alias diximus (c). Huc porro omnino facit, quod de Hornbergæ infantibus E. CAMERARIUS (d) memoriæ prodidit, ubi „infantes . . . potiſſimum torquet rachitis, prodens ſe frequentiſſime atrophia, inappetentia, ſiti, „ aſthmate, tuſſi ferina ſicca ad vomitus uſque concitationem, coſtarum ac ſterni cartilaginum diſtorſionibus ac emotionibus, „ tumore abdominis, eaque pedum paralyſi, „ ut eis ne inſiſtere quidem amplius queant. „ Accedit iracundia, facilesque ad eam motus ex re qualibet uſque ad ſpaſmodicam „ reſpirationis interceptionem, indeque oriundos tandem convulſivos motus. Alvo „ nunc

(a) Praxeos P. 5. p. 373.

(b) Aphor. cit. §. 1482.

(c) Vide §. 15. a) & confer SWIETENIUM ad §. 1483.

(d) Act. nat. cur. Vol. 2. Obſ. 153. p. 355.

„ nunc libera nunc conſtipata, junctisque
„ ſubinde vermium excretionibus a purgan-
„ tium uſu. Neque tamen rachitici manent
„ pueri, ſed vel ſuperant morbum penitus,
„ vel ab ipſo haud adeo lente ad tumulum
„ promoventur. Facit ad geneſin mali fre-
„ quentem puerperarum crudior diæta, juſcu-
„ la cum pane ſecalino largiori fermento im-
„ buto facta, cibique duriores & crudior
„ aqua. Infantibus vero exhibent pulmenta
„ ſpiſſa ex farina ſaltim craſſe comminuta;
„ accedunt inferti tenellorum ori pro ſuctio-
„ ne nodi maſticato pane ſecalino acidiore
„ repleti; potus frigidioris aquæ, ac male
„ tecti corpuſculi expoſitio injuriis rigidi
„ aeris, & facta ablactatione uſus & frigidæ
„ aquæ & lactis diu in frigidiſſimo fonte a
„ coagulatione præſervati „.

b) *Saccharata;* ſaccharum enim no-
tante BOERHAAVIO (a) „olea nimis ſol-
„ vendo macilentiam inducere poteſt, ut &
„ attenuatione nimia debilitatem producit &
„ laxitatem nimiam: quare & rachiticis &
„ ſcorbuticis nocuiſſe viſum „. GLISSO-
NII (b) enim teſtimonio „obſervatum eſt,
„ hoc morbo laborantes dulcia, ut ſyrupos,

M 2 „ tum

(a) Elem. chem. T. 2. p. 159.
(b) l. c. Cap. 21. p. m. 272.

„ tum bellaria, multoque ſaccharo aut melle „ condita (quæ aliis pueris in deliciis eſſe „ ſolent) averſari; forte hæc iis quoque no„ xia ſunt, quem ad modum & ſcorbuti„ cis „. Saccharum ſane duo BÜCHNERI (a) infantes male ferebant; niſi id aut illorum idioſyncraſiæ aut alii cauſæ fuerit dandum. Suo quidem acido ſal hic abundat; ſed utrum iſtud oſſibus inimicum ſit (non enim ab omni acido oſſa læduntnr), haud dum ab experientia conſtat, uti nec certa fide probatum eſt, ſaccharum rachiticis nocuiſſe. Eo vero eſt mirabilius credidiſſe BOERHAAVIUM (b), poſſe ſacchari uſu parentum humores ita attenuari ac ſolida debilitari, ut procreandis prolibus rachiticis evadant obnoxii: dum in contrarium non pauca habentur exempla adultorum ſaccharo immoderate uſorum ſine ulla manifeſta noxa. Sic SWIETEN (c) „ meminit ſe legiſſe olim de B. COSTERO (d) „ egregio Juriſconſulto Batavo, qui ſedenta„ riam vitam egit, ſed ſimul ſobrie admo„ dum vixit; dulcia autem in cibo & potu „ amavit adeo, ut tantam copiam ſacchari „ ab-

(a) Vide §. 10. I. B. 1. b) 5. b) δ. b.
(b) Aphor. §. 1482.
(c) Ibidem.
(d) Hiſtor. Verhaal &c. in de Voorreeden.

„ abſumpſerit ſolus, quæ 5 vel 6 aliis ho-
„ minibus ſuffeciſſet: nec tamen inde un-
„ quam nauſeam ſenſit vel biliofas eructatio-
„ nes, nec morbis obnoxius vixit; ſed ultra
„ 90 annum ſenio exhauſtus non morbo in
„ lectulo mortuus inventus fuit. Plura ex-
„ empla hominum, qui ſacchari ac mellis
„ ingenti copia uſi fuerunt, alibi (a) haben-
„ tur, & tamen longævi ſanique fuerunt„.

c) *Saturnina* quoque hic non nullis fuere ſuſpecta. J. H. SCHULZE (b) ſuſpicatus eſt etiam edulia in vaſis e ſtanno, quod plumbo eſt adulteratum, confectis aliquid ad accerſendam rachitidem valere, præſertim ſi edulia fuerint acida, quæ plumbum ſolutum ſecum tenello corpori invehant. „Mihi qui-
„ dem (ait ille) non obtigit ſufficiens occaſio
„ ad obſervationes in hac re ſtabilienda ne-
„ ceſſarias colligendas; verum unius memini
„ familiæ, in qua unam prolem hic morbus
„ abſtulit, alteram (forte nunc etiam morte
„ ablatam) male & miſerandum in modum
„ confecit: ubi mihi primam de ſtanno ſuſpi-
„ candi anſam fuiſſe oblatam fateor; cum
„ viderem haud vulgare illud, ſed artificio-

(a) SLARE de ſacch. & lap. bezoar. 8vo Londin. 1715.

(b) Diſſ. mors in olla §. 37. ſqq.

„ ſius præparatum in tota illa domo adhibe-
„ ri. . . Forte non difficillimum fuerit fun-
„ damentum rei attingere, ſi ratione habita
„ ejus temporis, quo primum in Anglia hic
„ morbus auditus fuit, ſedulo inquiratur,
„ quo tempore cœptum ſit ſtannum adjecto
„ antimonio & biſmutho temperare, porro-
„ que conſideretur, an morbus hic etiam
„ illos affligat, quorum domibus ſtanni uſus
„ negatus eſt„? Neque etiam alienus ab hac opinione fuit BRENDELIUS (a). Verum hodie ſatis conſtat, nihil hic plumbo deberi, poſtquam rachitis & plebi & agreſtibus obſervata eſt eſſe perquam familiaris, quibus ſtanni plumbique uſus eſt prorſus nullus.

d) *Lenta* glutinoſa, farinacea, in primis immodicus panis eſus; quod inde viſcidus acor, meſeraicarum glandularum infarctus & atrophia enaſcantur. Conſtans enim fere eſt obſervatio, rachitidem poſt ablactationem incipere fieri conſpicuam, quo tempore infantibus cibi farinacei panisque præberi ſolent. „ Quemadmodum, inquit
„ STORCH (b), non nulli infantes ſub mul-
„ to lactis uſu emaciantur, ita etiam alii a
„ probo lacte pancratice valent, ut non
„ nulli

(a) l. c. §. 12. nota (n).
(b) Von Kinderkrankh. l. c. p. 257. ſq.

„ nulli robuſti, craſſi, ac præ obeſitate „ pene deformes evadant: ubi primum autem ab uberibus depulſi ſunt, collabitur „ caro, fiunt ſomnolenti, moroſi, inquieti, „ aut valetudinarii etiam, & ad voracitatem „ uſque famelici, appetentiſſimi durorum, „ dyſpeptorum ac frigidorum, caſei, fru„ ctuum horæorum & ſicci panis, uti & „ multi potus frigidi noctu præſertim „. Atque ex nato inde lento acore facilis rachitis.

§. 17.

2. DENTITIO autem conſenſu omnium inter principes rachitidis cauſas procatarcticas eſt habenda. Hæc enim vero STORCHIO (a) notante in rachiticis plerumque ſera eſt ac lenta, ut ut in aliquibus maturior etiam & celeris; omni autem ratione exlex (b), ita ut jam molaris jam inciſivus dens erumpat. In aliis porro placide ſuccedens; contra ea in multis difficilis ſpaſmisque & convulſionibus comitata. Quocunque vero acciderit modo, ſemper fere ſub illa primum occipit (ni ex utero mox afferatur) hic morbus,

(a) Ibidem 2 Band 1 Cap. p. 9.
(b) Ibid. 3 Band 16 Cap. p. 258.

„ quem nos quidem, ait BÜCHNERUS (a), „ hactenus non aliter quam a dente ortum „ obſervavimus : dentitio ergo ipſa nobis „ vera cauſa eſſe videtur, quæ in ſubjecto „ per alias cauſas prædiſpoſito rachitidem „ determinet „. Cum id mirum videretur, in cauſam inquiſitum eſt, quam varii dedere variam. PETITUS (b) eam in dolore ejusque ſequelis quæſivit humores vitiantibus & æquabilem turbantibus nutritionem; BÜCHNERUS (c) in ſepſi cacochymiæ tunc enata; M. HALLERUS (d) in ſaliva tunc uberius ſecreta, deglutita, reſorpta, & ita humores omnes omniaque ſolida ipſaque oſſa reſolvente, &c. Unde unde ſit, hocce ſane tempore 7 BÜCHNERI (e) infantes in rachitidem inciderunt, & plurimorum quoque aliorum morbus in eandem incidit periodum.

§. 18.

(a) l. c. §. 18. & §. 13. Obſ. 1.
(b) l. c. p. 524. ſq.
(c) l. c. §. 20.
(d) Diſſ. de rachitide (8vo Viennæ 1782) Cap. 6. §. 4. p. 71. ſq.
(e) Vide §. 10. I. B. 1. b. c. 5. b. δ. b. §. 11. Nro 6. 7. a) §. 27. a) §. 29.

§. 18.

3. OSSIUM *morbi* alii, præ primis autem fracturæ artuum, latentem diſpoſitionem rachiticam in nervum erumpere faciunt. CAMERARII (a) quippe puer fracto pede rachiticus evaſit, & J. P. BÜCHNERI (b) puellarum una ex quo femur fregit perfecte evaſit rachitica. In ISENFLAMMII (c) porro adoleſcente licet ante femoris fracturam in thorace jam manifeſta adfuerint rachitidis indicia; tamen poſt fracturam artus & curvi & nodoſi celeriter effecti ſunt.

§. 19.

4. „AER *humidus* & *frigidus* multum „huc contribuere poteſt, inquit GLISSONIUS (d) . . . Hinc loci maritimi, paludi„noſi & pluviis imbribusque frequentioribus „obnoxii, imo vel numeroſis aquarum ſca„turiginibus irrigui, ceteris paribus in hunc „morbum fœcundiores eſſe ſolent. Simili„ter ædes juxta ripas fluminum majorum,

(a) Vide §. 10. I. B. 5. a). β.

(b) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. 6.

(c) Ibidem.

(d) l. c. Cap. 16. p. m. 186.

„ juxta ſtagna piſcinasque exſtructæ hoc no-
„ mine culpantur „. Idcirco etiam rachitis Angliæ velut endemia eſt; enim vero „ ſci-
„ endum eſt, inquit idem GLISSONIUS
„ (a), Angliam eſſe inſulam, & non nihil
„ humiditatis a vicinia maris, tum frigidita-
„ tem a diſtantia ab æquatore mutuare; de-
„ inde eam innumeris prope fontibus ubivis
„ fere locorum ſcaturientibus abundare; de-
„ nique multis pluviis iisque frequentioribus
„ quam plerasque alias regiones irrigari „.
Quod poſtremum de Anglia GARENCIER (b) quoque teſtatum reliquit ſcribens: „ hæc
„ regio cœlorum veluti matula eſſe videtur,
„ in quam Jupiter per cribrum mingit: unde
„ non infacete Gallus quidam ex Anglia re-
„ diens & alii eo loci proficiſcenti obviam
„ factus dixit: ſi ſolem conſpexeris ibidem,
„ velim me ipſi commendatum habeas; per
„ duos enim menſes, quibus ibi fui, illum
„ videre mihi non licuit „. Et certe rachitis GLISSONIO (c) teſte primum in occidentali Angliæ tractu innotuit; deinceps vero pene omnia loca occidentalia & auſtralia peragravit; in ſeptemtrionalibus autem partibus multo

(a) Ibid. Cap. 19. p. m. 235.
(b) Angliæ flagell. p. 83.
(c) l. c. Cap. I. p. 3.

multo tunc adhuc rarior erat, nec vulgata. Eadem quoque de cauſa, notante BOOTIO (a), morbus hic vulgari cœpit „ in Hibernia „ ab aliquot annis, ubi antea ſolebat rariſſi- „ mus eſſe ac vix cognitus „: forte quod ad illud uſque tempus medicorum ingenium in ſe haud converterit, non vero, quod, ut Auctor hic opinatur (b) „ ſiderum ictus iſti „ (morbo) procreando vel fovendo magno- „ pere inſerviunt „. Ob eandem utique cœli naturam eodem pene, quo in Anglia, tempore in Gallia rachitis, dudum forte antea vulgata, obſervari primum cœpit, idque BOOTIO (c) perinde teſtante; licet SWIETENIUS (d), qui librum ejus non vidit, dicat ab ipſo nullam Galliæ, ſed Angliæ tantum ac Hiberniæ, mentionem fieri: qui tamen diſerte „ morbum iſtum (inquit) non „ in Anglia dumtaxat & Hibernia, ſed & in „ aliis quoque regionibus graſſari veri ſimi- „ le eſt, & de Gallia quidem mihi certiſſimo „ conſtat; quippe illo trium annorum & di- „ midii ſpatio, quod effluxit, ex quo iſta „ ſcripſerim, diverſos hic Pariſiis infantes

„ vidi

(a) l. c. p. m. 30.
(b) Ibidem p. 33.
(c) Ibidem p. 36.
(d) l. c. ad §. 1480.

„ vidi eo laborantes, eosque methodo mihi „ uſitata atque iſto capite indicata feliciter „ perſanavi „. In Hollandia perinde frequentem eſſe rachitidem PETITUS (a) aliique teſtantur; quippe quæ ſimilem prioribus atmoſphæræ ſtatum habeat. Idem etiam eſt de multis Germaniæ locis, ubi rachitis eſt endemia. Sic F. HOFFMANNUS (b) in humido frigore cauſam repoſuit „ cur . . . „ Halæ, quæ tam ob Salæ præterlabentis & „ ſalinarum effluvia, quam ob ſulphureum „ carbonum foſſilium fumum atmoſphæra valde humida cingitur, pueri rachitici ſe nobis crebrius ſanandos offerant „. Perinde J. P. BÜCHNERUS (c) de Argentorato agens „ de cœlo Argentoratenſi (ait) id . . . „ notabis, quod, cum apertum & omni vento pervium ſit, ſalubritate ſe ſe admodum „ commendet; quod vero, cum frequentes „ rivi urbem interlabendo diſtinguant, circumque fluant, cum proximus quoque „ Rhenus in aerem evolutos vapores ſuos „ tranſmittat, cum demum gremium vallis „ levibus paludibus penes Rhenum notatæ

„ oc-

(a) l c. p. 524.
(b) l. c. Cap. 9. theſ. path §. 8. p. m. 489.
(c) l. c. §. 17.

„ occupet, humidius utique cœlum noſtrum „ exſiſtat. Inde eſt, quod magis relaxata „ corpora, atque hinc pulcherrime quoque „ inſignia hic reperias: inde eſt, quod quæ- „ que tempeſtas humida mox officinas no- „ ſtras formulis medicis repleat. In ſpecie „ de caſtello tenebis, me noviſſe, qui dum „ huc ex urbe migraſſent, brevi ita relaxa- „ tos eſſe, unum ut cachecticum facie fer- „ ret, in incompletam herniam & quartanam „ incideret, alterum ut ſtrictior antea exſuc- „ ciorque laxata cute totus repleretur „. Paulo ante (a) vero: „ in caſtello, quod „ humidius cœlum quam ipſa urbs ſortitum „ eſt, mirabar numerum & rachiticarum & „ cachecticarum prolium. Hic morbus inter „ juventutem Argentoratenſem, ubi ob cœli „ humiditatem corpora pulchra & relaxata „ frequentiora ſunt, creberrimus occurrit „. Hæc autem ut ut ſint, negat tamen STORCH (b) ſoli id genus cœli locique conſtitutioni morbum ex toto eſſe tribuendum, ſed ejus hæreditate accepti geneſin tantum accelerari promoverique, poſtquam per connubia rachiticorum ex uno ſolo ad aliud fuerit translatus, ut

---

(a) Ibidem §. 13. Obſ. 5. 6.

(b) l. c. 3 Band p. 288.

ut ex GOHLIO ſuperius (a) de Berolinenſibus dictum, quod ipſum etiam G. C. GAHRLIEPIUS (b) de conſtitutione epidemica Berolinenſi A. 1701 agens notavit, nimirum Berolini „ante . . . raram, nunc ab adventu Gallorum exulum inter Germanos etiam, „ infantes præſertim, fere endemiam rachitidem „ evaſiſſe.

§. 20.

5. CONTAGIUM autem ab rachitide in totum abeſſe teſtatur GLISSONIUS (c): „ etenim obſervamus (ait ille) frequenter „ pueros ſeu coætaneos ſeu prope coætaneos „ in iiſdem ædibus enutritos, quorum unus „ aut alter hoc morbo forte afflictus fuerit, „ dum alius aut plures eorum minime laborent: imo novimus pueros non tantum „ communibus ædibus aſſiduoque mutua ſocietate gaudentes, ſed & quotidie communi menſa & lecto utentes, quorum alter „ hoc malo affectus ſocium convictus & concubitus nullo modo infecerit; quod ſane „ vix videtur contingere potuiſſe in morbo „ pro-

(a) Vide §. 14.

(b) Miſc. nat. cur. Cent. I. 2. app. p. 23.

(c) l. c. Cap. 16. p. m. 185.

„ proprie contagioſo „. Neque etiam quiſquam alius obſervatorum contagii hocce in morbo viſi meminit.

CAPUT VII.

PROXIMA CAUSA.

§. 21.

PROXIMA *cauſa* rachitidis ad noſtram uſque ætatem ſatis obſcura manſit: ut adeo mirum non ſit aliam atque aliam a pathologis fuiſſe aſſignatam. Infinitus ſim, ſi eas hic ſingillatim perſequi omnes ordirer. Multi cum GLISSONIO (a) medullam ſpinalem ſpiritibus imperviam eſſe voluere (b); STAHLII aſſeclæ inæqualem partium organicarum nutritionem errore principii vitalis factam culpabant (c); in jecur omnem morbi ortum rejecit A. BOOTIUS (d); abdominalium viſcerum obſtructionem pro rachitidis proxima cau-

(a) l. c. Cap. 4. ſqq.
(b) F. HOFFMANN l. c. §. 4.
(c) J. STORCH l. c.
(d) l. c. p. m. 36.

cauſa G. HARRIS (a) habuit; quam in ſolo glandularum meſeraicarum infarctu viſcido repoſuit L. HEISTER (b). Alii ad acrimonias reſpexere cum J. LINDESTOLPIO (c), & J. Z. PLATNER (d) opinabatur eſſe ſucci nutrientis e crudo vitioſoque chylo confecti in oſſibus corruptionem; contra ea ZEVIANI (e) univerſam humorum maſſam acore a lacte aſſumpto corruptoque imbui cenſuit. Soli atoniæ inſigni morbum deberi vult J. P. BÜCHNERUS (f). Rectius H. BOERHAAVIUS perſpexit proximam rachitidis cauſam neutiquam repertum iri in ſolo ſeu ſolidorum ſeu humorum vitio, ſed utrinque eſſe quærendam; modo rem acu tetigiſſet in ea ſtatuenda; ipſi enim eſt (g) „ cauſa proxima „ mali cacochymia iners, mucoſa, frigida, „ vappida, latente forte leni labe venerea „ permiſta, cum laxa partium firmarum fa„ brica „. Verum ut de humorum lentore frigido dicam nihil, certe miaſma venereum

SWIE-

(a) De morbis acut. infant. p. 24.

(b) Compend. med. Cap. 18. §. 20.

(c) De venen. Cap. 14. theſ. 38.

(d) Inſtitut. chirurg. §. 1071.

(e) l. c. Cap. 3. §. 64. p. 57.

(f) l. c. §. 17. p. 290.

(g) l. c. §. 1488.

SWIETENIO (a) quoque hic diſplicuit. Singulis vero hiſce aliisque id genus circa proximam rachitidis cauſam datis hactenus opinionibus convellendis immorari nec lubet nec vacat, præſertim cum id jam abunde præſtiterit LE VACHER (b), docueritque ignotam adhuc eſſe proximam morbi cauſam.

§. 22.

Si tamen in uſque adeo abdita ægritudinis hujus indole conjecturæ locus eſt, atque ad ſingula quæque rachitidis phænomena advertamus animum, veri omnino ſimile eſſe apparebit, proximam ejus cauſam quæri oportere in *p. n. ſolidorum laxitate humorumque acore.* Id quod præ primis perſuadent:

1. *Ætas* tenerrima rachitidi obnoxia; ſolidorum laxitate maxime inſignis atque ad acorem generandum perquam idonea, quem

2. *Ingeſta* huic ætati ſolennia; lac nempe ac lacticinia aliaque vegetabilia in cibum data promptiſſime inducunt.

3.

(a) Ibidem.

(b) Traité du Rakitis ou l'Art de redreſſer les Enfans contrefaits. 8 à Paris 1772.

3. *Tenuitas ſanguinis*, acoris in maſſa humorum præſentis certus effectus, in rachiticis varie ſe ſe prodens. Teſtatur DU VERNEY (a) carnes rachiticorum albas eſſe, molles, decolores, ſanguinem vero aquoſum & valde diſſolutum, & in rachitica BÜCHNERI (b) puella a morte ſecta perinde „ſan-„ guis ſummopere tenuis, reſolutus & rutilus erat „.

4. *Mollities oſſium* rachiticorum, quam & BOERHAAVE (c) & RUYSCHIUS (d) ab acido effici non abs re ſuſpicati ſunt; quandoquidem nullum hactenus præter acida menſtruum, quo oſſa humana molliantur, in rerum natura nobis innotuit.

5. *Vapor acidus* manifeſtus nares feriens ſub ſectione rachitici cadaveris ab RUOFFIO (e) memorata. Denique

6. *Therapia* antacida morbum, ut viſuri ſumus, feliciſſime tollens, dum omnis alia medendi ratio hic inutilis obſervatur.

Ve-

(a) Traité des Maladies des Os. T. 2. p. 291.
(b) Vide §. 10. I. B. 5. b) δ. b.
(c) Elem. chem. T. 1. p. 737.
(d) Adverſ. anat. dec. 2. Obſ. 6. p. 16.
(e) Vide §. 10. I. B. 5. a) β.

Verum enim vero ut ut hæc perquam ſint probabilia, una tamen ſupereſt difficultas elidenda, nimirum undenam tantus acoris in humoribus proventus ſit repetendus? Ex primis enim viis illuc transmitti haud videtur; tunc namque in primis viis acidum deberet maxime abundare; quod tamen ſymptomatum ab acido primarum viarum oriundorum abſentia refellit, aut certe non tanta adſunt intenſitate, quantum ubertas illa acidi poſt ſe alias trahit: reliquum ergo eſt, ut acor ille ex ipſo ſanguine extricetur. Eſtne igitur efficiens ejus cauſa laxior principii alcalini volatilis cum acido (e quibus animalis ille noſter ſal ammoniacalis coaleſcit) in humoribus noſtris nexus, ita ut facile jugiterque diffletur e corpore alcali, manente in humoribus & ſemper uberius accreſcente acido? Et ſi iſtud ita ſe habeat, quæ demum cauſa erit, quæ nexum acidum inter & alcali efficiat minus, quam in ſanis, arctum facileque diſturbandum? Hæc ego felicioribus ingeniis diſpicienda relinquo. Id unum opportune hic addendum cenſeo, acori illi ſanguinis procul dubio ſeram rachiticorum dentitionem eſſe tribuendam, obſtante nempe dentium oſteogeniæ acido. Quam ſero autem ſæpenumero dentes in rachiticis generentur, documento ſunt duæ BÜCHNERI

puellæ, quarum una (a) ut ut 15 menſes vixerit, nullos nacta eſt dentes; altera (b) autem 3° primum anno dentes 10, caninos ac molares, ſimul ac ſemel nacta non multo inde poſt obiit.

CAPUT VIII.

DIAGNOSIS.

§. 23.

Diagnosis *rachitidis* duplex eſt:

I. *Abſoluta*, eaque

1. *Imminentis*, difficillime condenda; namque „adeo obſcurus eſt, inquit GLISSONIUS (c), hic morbus, ut ante ſui apparitionem ægre ſenſibilis habeatur„. Interea tamen opinione BRENDELII (d) „pertinet ad illam (diagnoſim) infantes citius „loqui quam incedere, languidos eſſe, vix „ferre motum, habitu corporis marcido ap-„pa-

(a) Vide §. 30. e).
(b) Vide §. 11. Nro. 6.
(c) l. c. Cap. 21. p. m. 266.
(d) l. c. §. 4.

„ parere „. At enim vero tunc malum non tam imminet, quam jam occipit.

2. *Præſentis* autem obtinetur per ſymptomata vel aliqua huic morbo propria (ut ſunt articulorum nodi, curvitas artuum, &c.) vel jam collectim præſentia. Nullum autem certius eſt occipientis rachitidis ſignum debilitate illa (a) muſculari ſine manifeſta alia cauſa ingruente, aſſiduoque durante & jugiter invaleſcente, cui etiam primas tribuit GLISSONIUS (b).

II. *Relativa* porro, qua morbus præſens ab hydrocephalo, atrophia ſimplici, aliisque affinibus ægritudinibus, queiſcum confundi ſolet, diſcerni queat, minus eſt implicata, quam claram certamque reddunt ſymptomata propria rachitidi præſentia, abſentia vero ſymptomata, quæ affinibus illis morbis perinde ſunt propria; niſi forte cum hiſce rachitis fuerit complicata: tum omnino utraque aderunt ſingulis hiſce morbis ſolennia ſymptomata.

§. 24.

Pathognomico autem ſigno rachitis haud dum donata eſt; vidimus enim ſingula illius ſymptomata (c), etſi quædam ipſorum ei ſoli pro-

(a) Vide §. 11. Nro 1.
(b) l. c. p. m. 265.
(c) Vide §. 10. ſeqq.

propria, haud omni morbi tempore, imo nec in omni rachitico præſto eſſe, præter ſolam forte muſcularem illam debilitatem (a).

CAPUT IX.

PROGNOSIS.

§. 25.

DURATIO *rachitidis*, quoad vel necet vel diſpareat, eſt varia: duravit
anno amplius in puero VOGELII (b),
13 menſes in puero BURGGRAFII (c),
$1\frac{1}{2}$ anno in puellis BÜCHNERI (d) ac STORCHII (e),
$2\frac{1}{4}$ annis in puella alia BÜCHNERI (f),
4 annis amplius in STORCHII (g) puero,
$4\frac{1}{2}$ an-

(a) Vide §. 11. Nro 1.
(b) Vide §. 10. I. B. 5. b) β.
(c) Ibidem.
(d) Vide §. 11. Nro 6.
(e) Vide §. 10 I. B. 5. b) β.
(f) Vide § 11. Nro 7. a).
(g) Ibidem Nro 1. B. b).

$4\frac{1}{2}$ ann. in puero BÜCHNERI (a), &
6 annis in alio (b),
6 vel 7 annis in infante RUOFFII (c),
12 annis in una BÜCHNERI (d), &
15 annis in altera ejuſdem (e) puella,
40 annis denique in C. TACCONI (f) femina,

quæ circa 3um ætatis annum anterius poſteriuſque gibboſa admodum fieri cœpit, ac brevi poſt non modo ſpina dorſi cum coſtis, ſed etiam oſſa artuum ſuperiorum perquam curva evaſere: unde tota ſtatura puſilla evaſit. Verſus 7um annum ætatis acceſſere etiam inertia, debilitas, impotentia motus muſcularis, aliaque omnia ſymptomata rachitidis. Interea tamen ſub continuo morbi incremento ægra vixit ad 42um vitæ annum, tuncque doloribus aliiſque malis exhauſta obiit. In abdomine cadaveris jecur plane ad claviculam uſque pertinebat, cumque iſto & ſtomacho ac liene pars una inteſtinorum in thoracis latebat cavo, altera in

(a) Vide §. 29.
(b) Vide §. 10. I. B. 1. c).
(c) Ibidem 5. a) β.
(d) Ibidem 5. b). δ. 6.
(e) Ibidem Nro 1. b)
(f) Comment. Bonon. Vol. 5. P. 2. p. 81.

pelvi. Porro tuber ingens in abdomine repertum, album, tactu aſperum, non tantum totum ventrem, verum inſignem quoque thoracis cavi partem, implens, tenera membrana tenui, e lumborum vertebris egreſſa, circa renes craſſiore mollioreque quam uſpiam alibi reperta, inveſtitum, copioſiſque vaſis varicoſis ſcatens. Videbatur iſtud primum ſcirrho ſimile, & 4 diverſis e partibus conſtans, quas totidem velut ſulci dirimebant. In partem ad umbilicum primum occurrentem culter cum intro adigi non poſſet, ſerra applicata: quod oſſea ſubſtantia intus latere crederetur, qualis reipſa eſt reperta. In recluſo ita tubere cavum cranii humani capacitatem æquabat, humoris viſcidi fere ſeſquilibram continens, interiuſque perinde membrana inveſtitum. Ad umbilicum craſſities tuberis erat digiti latitudine, in origine vero ſua circa lumbos æquabat craſſitie 2½ digitos latos. Ubi os æmulabatur, conſtabat ſpongioſo texto; ſed quo diaphragmati fiebat propior, mollior erat, ac tandem ſcirrho ſimilis eſſe videbatur. Origine autem curatius inveſtigata compertum eſt, eſſe meſenterii tuber. Alterum tuber priori admodum fuit ſimile, at merus ſcirrhus, nuſpiam adhuc oſſeſcens; dextro in latere a priori tubere contingebatur, locum jecori alias ac ventriculo proprium obtinens, primique ad inſtar tuberis cavum ad lib. ij. liquidi continebat,

ſub-

ſubſtantia 2 digitos tranſverſos craſſa præditum. Tertium quoque tuber ſcirrhoſum, at primo minus, lævo reni tam arcte adhærebat, ægre ut inde avelli potuerit. Ren hic dimidio minor erat dextro. Quartum denique tuber binis præcedentibus ſimile, ac totum pene in thoracis cavo locatum, ſuperius cum primo tubere connexum fuit. Quatuor hæc tubera ſimul 34 pollices longa, 24 pollices lata 32 lib. appendebant. Præter hæc vertebras coſtasque caries vitiavit; nec alia rachitidi familiaria phænomena deſiderabantur.

§. 26.

2. CURABILITAS *rachitidis* a variis obſervatoribus varie adumbratur, & quidem notante GLISSONIO (a) „ morbus hic ſpe-„ cie ſua letalis non eſt, imo non nunquam „ adeo levis mitisque eſt, ut pueri eo affe-„ cti ſolo ætatis beneficio, calore vitali au-„ cto, eoque vi frequentiorum exercitiorum „ ad partes externas evocato abſque medi-„ camentis convaluerint. Aliquando tamen „ adeo graviter affligit, ut optimis etiam ad-„ hibitis præſidiis vix imo ne vix quidem im-

(a) l. c. Cap. 23. p. m. 284.

„ minens vitæ periculum præcaveatur „. Pergit deinde prolixe ſigna percenſere, quæ vel ſalutem ſperare jubent, vel interitum portendunt; hæc autem F. HOFFMANNUS (a) paucis ita complexus eſt: „ morbus invale-
„ ſcens ſi ſuper 5um ætatis annum aut diu-
„ tius inhæret, difficulter curatur, & cor-
„ pus plerumque languidum ac deforme ju-
„ ventuti tradit; & niſi accedentibus juven-
„ tutis annis, ubi totum corpus maximam pa-
„ titur mutationem, penitus tollitur, per to-
„ tam vitam nullam ſanationis ſpem admittit.
„ Nec minorem habet difficultatem ſanatio, ſi
„ per hæreditariam diſpoſitionem morbus fuit
„ inductus, aut mox primis a nativitate men-
„ ſibus obortus. Denique ſi phthiſis cum
„ hectica febre, hydropicus tumor, aſthma
„ vel diarrhœa ſuperveniunt, ſpes in anguſto
„ eſt poſita. Quæ vero ab aeris aut victus
„ vitio oritur rachitis, aut variolas, ſcabiem
„ aliaſque cutis efflorеſcentias ſubſequas ha-
„ bet, nec cum tanta oſſium ſpinæque dorſi
„ incurvatione & motus impotentia conjungi-
„ tur, faciliorem recipit medelam „. A. BOOTIUS (b) vero rachitidem tantum non ſem-

(a) l. c. theſ. pathol. §. II.
(b) l. c. p. m. 31.

ſemper curabilem eſſe vult, modo nec prave nec ſera nimis therapia ſit. „ Eſt . . . le-„ talis hic morbus (ait ille), ſi vel negli-„ gatur penitus, vel ſero aut prave curetur, „ plurimoſque quotidie abſumit; neque ullus „ eſt annus, quo non aliquot millia infantium „ eo pereant . . . Morbus iſte (a) ægrius „ tollitur, ſi a jecore cœpit, quam ſi a pe-„ ctore; magisque etiam, ſi a primo ortu „ infans ei obnoxius fuerit. Quando in pe-„ ctore ipſo originem habet, curatio ejus ſa-„ tis facilis eſt . . . Ac vere affirmare poſ-„ ſum (b), fratrem meum G. BOOTIUM & „ me quam plurimos ita integræ ſanitati re-„ ſtituiſſe, non modo qui eo leviter ac nu-„ pere laborabant, ſed & qui diutius ac gra-„ vius eo affligabantur, ac quidem non nul-„ los, in quibus adeo inveteratus erat, ut „ vix ſanationem admittere poſſe videretur„. Eandem cum BOOTIO ſententiam de curabilitate rachitidis tuetur C. STRACK (c) dicens: „ ad id (i. e. curationem) autem nul-„ lum, niſi quo morbus incipit, opportunum „ tempus eſt: intra id enim morbus curatio-„ nem & recte admittit, & cito excutitur: „ quæ

(a) Ibidem p. 33.
(b) Ibidem p. 35.
(c) l. c. p. 162.

„ quæ obſervatio neminem eorum quos plu-
„ rimos accepi, effectu orbum reliquit. Si
„ morbus non prius cognoſcitur, quam ubi
„ tophi juxta articulos fiunt, & venter intu-
„ meſcit, is certam quidem adhuc curationem
„ recipit, at longius tamen ad eam tempus
„ requirit „. Ego ſi rachiticorum ſyllabum,
quem coram habeo, intueor, parem fere mor-
bo ſuperſtitum numerum numero mortuorum,
quos aut neglecta medendi methodus aut mor-
bi immedicabilis vis abripuit, reperio.

§. 27.

3. SOLVITUR *rachitis* triplici fere na-
turæ niſu, videlicet

a) *Ætate* accreſcentibus viribus præ
primis non dum primo ſeptenario expleto.
„ Multos novimus, inquit GLISSONIUS
„ (a), ſolo beneficio aucti caloris ſive incre-
„ mento ætatis ſive exercitiis ſanatos abſque
„ ope medica, quos nemo amicorum affectos
„ putaverat „: id quod etiam S. FORMIUS
ſua in praxi obſervavit (b). Refert etiam
J. STORCH (c) proprium ſuum filium 3°
æta-

(a) l. c. Cap. 19. p. m. 239.
(b) Vide §. 6.
(c) Obſ. clin. ann. 6. Mart. Cl. 3. p. 465.

ætatis anno poſt aliqua rachitidis ſymptomata ſuperata loqui & incedere cœpiſſe, indeque intra annum & corpore & animo evaſiſſe perquam alacrem. Haud ſecius J. F. ISENFLAMMII (a) adoleſcens 15 annorum 5° ætatis anno peſſime erat conformatus, ambæ tibiæ perquam fuere introflexæ, femora vero parumper extrorſum, nec humeri & antibrachia erant prorſus recta, atque in articulorum epiphyſibus protuberantiæ manifeſte tangebantur. Parentibus anxiis varias jam machinas applicare volentibus rem Auctor diſſuaſit, ægrumque naturæ voluit relinquendum. Ita factum. Inde 8° ætatis anno deformitas jam dimidio minor, ab hinc poſt unum alterumve annum prorſus evanuit, ita ut nunc adoleſcens citra ulla in & externa remedia artus habeat emendatiſſimos ſine ullo priſtinæ deformitatis veſtigio. Denique & J. P. BÜCHNERI (b) „puella . . . a dentitione abſque „ convulſione ſuccedente nodoſa facta eſt; „ ſed 7° anno morbum ſpinalem adhuc im„ perfectum exuit. Semper adhuc puellæ „ corrupti dentes excidunt, ſed reparantur. „ Variolis diſcretis bis laborabat & 3° ætatis „ anno & 14°. Nimirum ſtatum 2æ ægræ

(a)

(a) l. c. §. 86. p. 392. ſeqq.

(b) l. c. §. 5. p. 280.

„(a) ad 7um uſque annum ſervavit„. Iſthæc autem non eatenus accipienda ſunt, quaſi vero cuncti id genus ægri, ſi ſeptimum attigerint annum, evadant ab rachitide liberi, nec abs re id refellit J. D. GOHLIUS (b) „pro „recepta (inquiens) obſervatione habetur, „quod rachitis ſponte quaſi cum ſeptenario „primo reſolvatur; quam autem mancam „eſſe ex indice noſtro docemur: mortui enim „ſunt hoc morbo æque, qui infra ſeptenarium ætate conſtiterunt infantes, ac juvenes, qui ultra eundem annos extenderunt „ad 14 & 15„. Et certe plures id etiam BÜCHNERI (c) aliorumque caſus teſtantur. Idem quoque de pubertatis annis tenendum eſt, circa quos non nullis rachitidem abire D. W. TRILLERUS (d) commemorat.

b) *Metaſtaſi*; cujus tamen unicum, quod ſciam, exemplum proſtat, ab G. H. KOENIGSDOERFFERO (e) literis proditum:

(a) Vide §. 10. I. B. 1. b).

(b) l. c. dec. 2. vol. 7. ſect. 1. p. 58. ſq.

(c) Vide §. 10. I. B. 1. b). 5. b). ∂. b.

(d) Diſſ. de morbis pubertate ſolutis 4° Vitemb. 1770 Reſp. D. G. BERTHOLDO) §. 12.

(e) Diſſ. de inflammatione oculor. a rachitide cum tuberculis in inter. palpebrar. tunica (4° Halæ

tum: puellam decennem non optimo corporis habitu, macie & humoribus ab rachitide neglecta vitiatis confectam Auctor nactus curandam cum tumidis colli parotidumque glandulis ac biennali ophthalmia aerem lucemque ac palpebrarum diductionem dolorificam non ferente. Tumebant MEIBOMII glandulæ, ſimulque interiorem palpebræ tunicam obſidebant eminentia mollia cedentiaque vel carnoſa tubercula ophthalmiam foventia. Fluebant multæ lacrimæ calidæ, pituitæ palpebras per noctem glutinaturæ fere expertes. Interdum cephalalgia ex temporibus in oculos excurrens urgebat. Modicus palpebrarum tumor cum rubore tarſorum. Quandoque febris etiam, quam ſuperveniens vomitus cito ſolvebat. Appetentia nimia. Poſt fruſtraneum variorum topicorum uſum ophthalmiater Anglus non nulla tubercula exſcidit. Hæmorrhagiam ſecuta ſuppuratio cum aliquo, at non diuturno, levamine; namque ulcuſculis paulo poſt glutinare vix occipientibus morbus priſtina cum vehementia rediit. Donec tandem diſcuſſæ idoneis præſidiis inflammationi ſucceſſit plena oculorum ſanitas. Sed ſimul etiam cœpit rachitis in aliis corporis partibus reviviſcere, ſpinam dorſi ad mo-

---

læ 1751. Præſ. A. E. BÜCHNERO) §. 2. p. 10. §. 8. p. 21. §. 13. p. 36. §. 15. p. 38.

modum literæ S curvando, aliaque ſolennia producendo ſymptomata. Qua propter omnis curatio ad rachitidem directa felici eventu.

c) *Febre* denique humores rachiticorum ab acida dyſcraſia ad alcaleſcentem ſtatum traducente: hinc Scoti rachitidem febre per artem excitata ſanare perhibentur (a), & J. STORCHII (b) trimulus infans ejuſdem beneficio convaluit, dum pedibus non dum hactenus valens ac per vices epilepſiæ obnoxius poſt hujus acceſſionem 4ª Decembris toleratam multis avide ingeſtis cibis 12ª Decembris æſtu ac tuſſi prehenditur. A data tinctura refrigerante ac potiuncula die 15ᵗᵃ emendatus, æſtu facto mitiore, lenique ſudore oborto, ægroque cibum denuo poſcente. Idciro tinctura continuata. Poſtero die infans menſæ aſſidens dum ſuillam comedit, 17ª die ex ſpaſmo rurſus decumbere cogitur. Data itaque mixtura:

℞. Aquæ fl. tiliæ
— pœoniæ aa unc. j.
Pulv. ſpecif. ceph. MICH. ſcrup. ſem.
Sacch. perlat. drach. j. M.

Die 18ª ſpaſmus abiit, exceptis digitis, quos adhuc contrahebat. Repetita potiuncula, data-

ta-

(a) Vide §. 45. a).
(b) l. c. ann. 5. Decembr. Cl. 3. p. 262.

taque inſuper mane mixturæ rhei drach. ſem. alvum ſolvit; ſpaſmo tamen in aliquot adhuc dies perſeverante. Ceterum morbus declinabat, cum quo pariter & rachitis in declinationem venit (a).

§. 28.

4. RELIQUIÆ *rachitidis* cum variæ ſint, præcipuæ tamen fere habentur

a) *Scrophuloſa cachexia.* Enim vero J. P. BÜCHNERUS (b) „ vidit ætatis curſu „ rachitide imperfecta exemptos ſcrophuloſos „ fieri „. Et J. STORCH (c) „ congeſtio„ nibus (ait) humorum verſus caput eſt etiam „ tribuendum, quod ſimilibus ægris inter„ dum poſt omnem quoque jam ſuperatum „ morbum ex antiqua conſuetudine prava glan„ dularum colli malarumve ulcera adhuc ena„ ſcantur, queis vulgo *Tuf-knoten* nomen in„ ditum, & faciem adhuc deformant; licet „ cetera corpus rite jam conformatum ſit: „ quemadmodum A. 1734 puerum 12 anno„ rum

(a) Confer. §. 47. a) ſub finem.
(b) l. c. §. 13. Obſ. 9.
(c) Von Kinderkrankh. l. c. p. 291.

„ rum poſt ſuperatam rachitidem curandum „ habui, quæ præſertim in crurum curvitate „ conſiſtebat, bene conformatum. Hic ultra „ annum jam glandulas unius malæ induratas „ primum nactus eſt, quæ dein exulceratæ „ ſanationem non admiſere: donec demum „ plurimi dentes vacillantes facti exciderunt, „ maxillaque carioſa fruſtatim eximenda, ac „ puero miſere pereundum fuit „. Ego vero has ſcrophulas non tam humorum verſus caput congeſtioni quam potius acoris rachitici reliquiis ad colli facieique glandulas depoſitis tribuendas eſſe arbitror; ſiquidem haud raro videas uſu illas abſorbentium & alcalinornm (v. g. pulv. teſtar. ovor. calcinatarum, &c.) i. e. antacidorum percurari. Quid quod vigente adhuc rachitide humorum acor glandulares id genus infarctus, præ primis in meſenterio, toties producat, qui aliquando in peſſima ulcera degenerant. H. F. TEICHMEIERUS (a) „ in tribus ſubjectis atrophia „ rachitica laborantibus & enormi gibboſitate „ defœdatis (in quibus tamen manus pedesque ſitum & figuram naturalem ſervabant) „ fiſtulas in regione lumborum penetrantes

„ uſque

(a) Diſſ. de atrophia infantum rachitica (4° Jenæ 1715. Reſp. N. G. WITTENBURG.) §. 12. p. 12.

„ usque ad centrum meſenterii obſervavit,
„ comprobante hoc inſuper ſectione anato-
„ mica poſt mortem in uno tali ſubjecto in-
„ ſtituta; aſt 20 annum ætatis nunquam atti-
„ gerunt, ſed omnes tabidi & aſthmatici mor-
„ tui ſunt„.

b) *Loquelæ vitia*, ut eſt præcocitas, balbuties, difficultas, &c. (a), id quod præſertim in adoleſcente LENTILII (b) obtinuit.

c) *Deformitas corporis* (capitis nempe vel thoracis vel artuum, omniumve ſimul) tota vita ſuperſtes. „ Qui ſine viſceris labe inde
„ reveniunt, inquit C. STRACK (c), pauci
„ ſtaturæ decorem majeſtatemque recipiunt;
„ multi, etſi enim nodos ex articulis amiſe-
„ runt, nihilo minus curtæ craſſæque ſtaturæ
„ cum magno capite, longis manibus, magniſ-
„ que pedibus difformes manent; plurimi vero
„ humilis ſuppreſſique habitus ſcauri, vari,
„ vatii, valgi, comperneſve cum incurvis co-
„ xis miſerabili modeſtis animis ſpectaculo,
„ ſcurris vero atque calonibus riſui ſunt: quæ
„ res offenſos aut timidos efficit, aut mordaci
„ lingua præcoces, aut tædioſos ab hominum

O 2 „ con-

(a) STORCH l. c. p. 292.
(b) Vide §. 10. I. B. 2.
(c) l. c. p. 160.

„ conſortio arcet, domumque cogit, atque „ nuptias deſiderio depellit„. Sic genua introflexa ſuperfuere quadrimulo cuidam STORCHII (a) puſioni, ut ut non ſine ſpe hujus quoque vitii per tempus emendandi. Perinde H. F. LE DRAN (b) conſulebatur pro infante 5 vel 6 annorum, cui poſt rachitidem ſuperfuit dextrum crus ita vitiatum, ut oſſa ejus extrorſum poſtrorſumque fuerint flexa. Puellæ (c) quoque meminit 12 annorum, olim rachiticæ, cui poſt evanidos epiphyſium tumores amborum crurum oſſa manſere curva, uno eorum introrſum, extrorſum altero vergente, atque ad tactum manifeſte complanatis, & femorum quoque ambo oſſa extrorſum flexa ſuperfuere, thorace brachiiſque vitii expertibus, ac puella per omnia recte valente. Alii vero multo his etiam deformiores vivunt, vitiaque totius pene ſyntaxeos oſſeæ ex rachitide retinent. Ita J. F. ISENFLAMMII (d) adoleſcenti tenera in ætate artus ſuperiores & inferiores p. n. curvari cœpere, curvitaſque ad 14um uſque ætatis annum increſcebat, elevante ſe ſterno, coſtiſque uno in latere ſubſiden-

(a) Obſ. clin. ann. 6. Januar. Cl. 3. p. 310.
(b) Chirurg. Gutachten p. 180.
(c) Ibid. p. 194.
(d) l. c. p. 393.

ſidentibus, ac ſpina quoque dorſi ad os uſque ſacrum ab uno latere in alterum bis inflexa. Viceſimo anno deformitas acmen attigit, quam ultra 30 annum eodem nunc in gradu retinet, ita ut neque ulterioris incrementi ſit metus, ſed neque ſpes ulla vel arte vel ſponte obtinendæ emendationis. Porro (a) in anatomico theatro Erlangenſi aſſervatur ſceleton viri ab rachitide olim deformati a calce ad verticem ſeſquiulnam altum: capitis moles & figura naturalis eſt, in quo aliqui tantum dentes craſſi & informes viſuntur; nec in metacarpis ac metatarſis & digitis manuum pedumque quidquam eſt vitii, niſi quod in proportione ad reliquum corpus magnitudine videantur excedere: cetera vero oſſa omnia ſunt difformia. Oſſa brachiorum, antibrachiorum, femorum, crurum falcata; ſterni os prominulum; clavicula dextra deorſum plane ad 3am uſque coſtam flexa; vertebræ dorſi ac lumborum ad ſacrum uſque os duas ſuo in ſitu ac directione flexuras exhibent; pelveos quoque vitioſe conformatæ os innominatum dextrum minus, ac dextrum os pubis ſiniſtro multo brevius. Qui virum in vita novere, narrant, inceſſum illi, etſi celerem, plane tamen fuiſſe ſingularem, ut qui ſemper pede uno alterum

(a) Ibidem p. 394.

inter eundum alternis vicibus decuſſaverit. Subſtantia oſſium eſt perquam fragilis atque friabilis, cujus cornu ſimilis obtutus opinari facit, illam olim reapſe fuiſſe flexilem. Cum hac deformitate homo viriles attigit annos, eamque ad mortem uſque retinuit. Non nulli rachiticos articulorum nodos diutius a morbo retinent, uti HEISTERI (a) puella decennis in carpis & cubitis, octennis vero puer in malleolis.

§. 29.

5. EFFECTUS *rachitidis* vel vehementis vel diuturnæ ſunt varii; quos inter utrum variolarum aut immunitas aut ſaltem benignitas referenda ſit, in medio relinquo. Certe ſi (ut propius verum eſt) ab acido ſit rachitis, oppoſita erit putrido variolarum genio, ita ut has vel abarceat, vel omnino mitiſſimas reddat, cujus rei cum BÜCHNERUS tum STORCHIUS fuere teſtes. Iſte (b) meminit puellæ cum puero uno partu editæ, quæ pravam thoracis conformationem rachiticam ex utero in lucem attulit, dum mox a partu eam

(a) Medic. chirurg. Wahrnehm. 2 Band Nro 384.
(b) Obſ. clin. ann. 4. append. de variol. & morbill. caſ. 76. p. 789. ſq. 796. Confer. §. 13.

eam luſtraſſet Auctor (puero per omnia ſano, nec etiam unquam deinceps rachitico facto). Inde vero invaleſcebat rachitis, & non obſtante omni antirachitica curatione 3° ætatis anno puellæ crus curvatum eſt; quod tamen per annum tantum debile multumque curvum manſit, ab hinc autem denuo rectum evaſit. Puella hæc ubera adhuc ſuo cum fratre ejuſdem nutricis eodemque tempore ſugens, iſto varioliis correpto ipſa illarum non niſi molimina citra eruptionem eſt experta; forte quod rachitis obſtiterit, quo minus fomes varioloſus acore imbutos puellæ humores in ſibi ſimilem indolem convertere quiverit. Perinde J. P. BÜCHNERI rachiticarum una (a) bis variolas diſcretas nacta eſt, 3° primum, dein 14° vitæ anno; alia (b) huic ætate proxima bis pariter lividas & confluentes habuit, 7° nempe vitæ menſe ac 12° ætatis anno, neutras tamen funeſtas; ſiquidem biennio inde poſt primum obierit. Tertius (c) fuit „ puer ... „ qui adhuc inter vivos agens 7um annum „ mox ingredietur. Hic uno & dimidio æta- „ tis anno ſine convulſionibus quidem, ſed

 „ cum

(a) Vide §. 27. a).
(b) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. b.
(c) l. c. §. 10. p. 283. ſq.

„ cum hæmorrhagiis narium prævio æſtui ſuc-
„ cedentibus dentes edidit; inde tamen no-
„ doſus factus eſt, & hæmorrhagiæ continuant.
„ Anno ætatis 5° bis in hyeme uno menſe
„ variolas diſcretas maturantes habuit. Non
„ loquitur, ſtupore quodam detentus & pur-
„ gatu difficilis. Aeſtate hactenus pedum offi-
„ cio magis valuit quam hyeme. Præſertim
„ proxime elapſa æſtate, quæ ſiccior erat,
„ bene habuit; ſed diuturniori tempeſtate au-
„ ſtrina, quæ ſuperiorem annum finiebat, ita
„ proſtratus eſt, ut ingredi non valens in per-
„ fectam rachitidem adactus ſit. Ab eo tem-
„ pore non rara alvi obſtructio, urinæ quæ-
„ dam retentio una cum lenta febri vexare in-
„ cœpit. Ab eſculentis dulcibus hactenus ab-
„ horret, & corporis externam faciem talem
„ gerit, qualem rachiticis eſſe jam ſæpius
„ percepiſti. Corpuſculum hoc per aliquod
„ tempus alternis diebus fortioribus ſtricturis
„ affici pulſus me docuit, atque ſub ejuſmodi
„ ſtrictura ita invaleſcente, ut pedes rigidos
„ redderet, ſubito olim intumuit, tumore
„ brevi iterum & ſponte evaneſcente „.
Hæc de variolarum in rachitide ſeu immunitate ſeu benignitate. At rara & ambigua ſunt illius ea commoda; certiora vero ac numeroſiora ſunt mala inde pullulantia, quorum alia vulgatiora ſunt, alia rariora, ut ſyncope in

puella

puella BÜCHNERI (a), polypus in alia LANGGUTHI (b), cataracta, quam G. H. KOENIGSDOERFFER (c) „ incipientem in „ puero rachitico ſanguinis e naribus profluvio peſſime cohibito vidit, quæ ſetaceo & „ remediis, quæ contra rachitidem proficua „ ſunt, intus datis curabatur „. Ad vulgatiora autem vel maxime pertinent

a) *Febres* vel acutæ vel lentæ: illæ quidem rariores (ſi peripneumonias rachiticorum excipias) ac plerumque ex accidente, ut in PREUSSII (d) ægro; iſtæ vero ipſa ex rachitide profectæ crebriores; ut ut ne has quidem ſemper, præſertim per initia morbi, adeſſe conſtet. GLISSONIUS (e) hac de re agens „ multos quippe reperias (ait) hoc morbo graviter afflictos abſque febrili intemperie aut ulla cauſa ſuſpicionis ejuſdem „. Et SWIETENIUS (f) „dubitari tamen (inquit) poteſt, an in ipſo invadentis rachitidis primordio lenta febricula jam comes

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b). δ. 6.
(b) Ibidem.
(c) Diſſ. cit. §. 10. p. 24.
(d) Vide §. 11. Nro 7. d).
(e) l. c. Cap. 1. p. m. 2.
(f) l. c. ad §. 1488.

„ adſit „ quamvis H. BOERHAAVIUS (a) omni eam tempore adeſſe voluerit dicens: „ toto interim decurſu mali lenta febricula de„ paſcitur corpus uſque in mortem „. Hinc verius hac de re ita F. HOFFMANNUS (b): „ invaleſcente demum malo jungitur febricula „ lenta, tuſſis, reſpirandi difficultas, & alia, „ quæ plerumque ad mortem perdurant „. Poſſe tamen etiam per ipſa morbi principia lentas occipere febriculas teſtis eſt A. BOOTIUS (c): „ quandoque (ait ille) ab ipſo „ pectore & pulmonibus incipit malum hecti„ ca quadam ſiccitate cum non nullo etiam „ caloris exceſſu obſeſſis „. Sed iſthoc uſque adeo rarum eſſe videtur, ut in exemplis, quæ coram intueor, nullum hujus modi ſit, quod pro certo doceret mox initio febrim adfuiſſe. Serius hæc utique ſupervenit pueris ABILDGAARDII (d) & BURGGRAFII (e), puellisque BÜCHNERI (f); de reliquis autem nihil comperti habetur.

b) *Pleu-*

(a) Ibidem.
(b) l. c. theſ. pathol. §. 2.
(c) l. c. p. m. 32.
(d) Vide §. 34. Nro I. a).
(e) Vide § 10. I. B. 5. b). β.
(f) Ibidem b) δ. b. & §. 29. ante a).

b) *Pleuritica* & *calculoſa* pulmonum *diſpoſitio*. Enim vero ob vitiatam thoracis figuram rachitici & inde ſuperſtites gibboſi facile in peripneumonias vel pleuritides incidunt. J. P. BÜCHNERUS (a) „novit, . . . „ qui rachitide eluctati facile in pleuritidem „ quamdam ſpuriam cum ſuffocationis peri- „ culo junctam incidunt, quæ venæ ſectione „ male tentata juſculo vinoſo cum melle ſum- „ pto & carthartico aut epithemati acri mox „ ceſſit „. Haud tamen inde concludas, veras pleuritides rachiticis parcere; inferius (b) enim viſuri ſumus, has & non raro et funeſto plerumque eventu ſupervenire. Neque etiam calculos in rachiticorum pulmonibus repertos pro monſtris habendos eſſe quiſquam dixerit, qui ad humorum acorem, lympham coagulantem ac ſummam ſolidorum laxitatem, terreique principii hoc in morbo erroneas depoſitiones reſpexerit. Apud S. BLANCARDUM (c) „infans dentitionis tempore lan- „ guebat. Adfuit a principio tuſſis moleſta „ & ſpirandi difficultas, quæ in dies incre- „ ſcebant. Caput ſolito majus erat, membra „ flac-

(a) l. c. §. 13. Obſ. II. p. 285.

(b) Vide §. 30. h).

(c) Praxeos med. Cap. 16. Opp. medic. & chirurg. Tom. 2. p. 300.

„ flaccida; carpi ac tarſi protuberabant; ade-
„ rant nodi in coſtarum cartilaginibus; ven-
„ ter tumebat; pectus macrum fuit. Tandem
„ emaciatus obiit diem. Abdomine inſpecto
„ cuncta ſana, ſed juſto majora. Inteſtina
„ aere turgida. In thorace ſternum reflexum,
„ pulmones exſucci & plumbei coloris. Mi-
„ rum! membrana pulmones ſuccingens aſpera
„ erat & protuberantiis tuberculiſque verru-
„ cis non diſſimilibus. Apertis pulmonibus
„ in plurimis locis tartarea ſeu gypſea ſub-
„ ſtantia concreverat „.

c) *Abortus* facilis in gravidis ab rachitide olim deformatis. Adeo enim ſæpe figura pelveos hocce ex morbo depravatur, ut fœtum in utero matureſcere non ſinat, quem ad modum in quadam STORCHII (a) puella vidimus, qui alia etiam duo hanc in rem adultarum exempla profert, unum apud A. E. BÜCHNERUM (b) puerperæ in infantia rachiticæ, atque inde ſyntaxin oſſium, præſertim ſpinæ dorſi incurvatæ, deformem habentis, quæ ſemper 6° vel 7° menſe præcociter pariebat, idque tam factis quam neglectis venæ-

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b) β.
(b) Miſc. phyſ. med. A. 1728. Maji Cl. 2. art. 2. §. 2. p. 1026.

næ ſectionibus prophylacticis. Ex 6 prolibus unica puella 5um vitæ annum non ſine inſignibus rachitidis rudimentis attigit (a). Altera (b) perinde ex rachitide male formata mulier ſæpius abortivit.

d) *Tumores* variæ indolis, ut

α. *Seroſi* artuum vel totius, iique aut ſtabiles aut fugaces. Ita duabus BÜCHNERI (c) puellis pedes ſæpius intumuere; ſub mortem vero primum alia (d) manuum pedumque oedema, a potu increſcens, nacta eſt. Id ipſum & alii accidit puellæ (e), quæ ultimo vitæ ſtadio „ pede & brachio ſiniſtro „ primo intumuit, dein ad dextras partes „ tumor tranſiit „. Perinde puero (f) illius „ major pedum tumor, non tamen ultra „ malleolos aſſurgens, 4 hebdomadibus mortem antevertit „. Toto autem corpore tumuit trimulus infans STORCKII (g); ſpeciatim vero hydrops anaſarca PREUSSII (h) puero

(a) Vide §. 13.
(b) Obſerv. clin. ann. 6. Maji Cl. 2. p. 567.
(c) Vide §. 11 Nro 6.
(d) Vide §. 10. I. B. 1 b).
(e) Ibidem Nro 5. b) δ. 6.
(f) Ibid. Nro 1. c).
(g) Vide § 34. Nro 1. c).
(h) Vide §. 11. Nro 7. d).

puero ante mortem accidit. Interdum hujus modi tumor brevis temporis eſſe conſuevit, velut in BÜCHNERI (a) puero natuque minima puella; quem tamen auctor pro emphyſematico habuit.

β. *Oſſei* callos velut a fracturis prægreſſis mentientes, & in longis præ primis oſſibus conſpicui, quorum jam multo ante varia ex D'AUBENTONO (b) ac STORCHIO (c) ſpecimina retuli, quibus unicum adhuc ab STORCHIO (d) viſum ſubjungo: bimula puella ad ablactationem uſque ſana, poſt hanc jam annicula triſtari cœpit, ægreſcere, carnibuſque flacceſcere, & alvo ſæpius fluente nec loqui nec ambulare adniſa eſt. Circa A. 1724 natalitia feſta videbatur lævum brachium ad 3 pollices ab axilla eſſe fractum; quod non modo tumor ibi dolens emerſerit, ſed etiam poſt aliquot hebdomades enata cartilago promineret. Ante 5 vel 6 ſeptimanas protuberantia ſimilis ſpontanea in dextri quoque antibrachii ulna detecta fuit, manifeſto indicio, prius quoque dictum malum non a vi externa ſed

---

(a) Vide §. 29. & II. Nro. 6.

(b) Vide §. 10. I. B. 5. b). γ. β.

(c) Ibidem δ.

(d) Obſ. clin. ann. 4. append. de variol. & morbill. Caſu 77. p. 791.

ſed abſtruſa potius quadam ex cauſa proveniſſe. Verbo rachitidis erant ſymptomata, qua jam aliquot ejus germanæ laborarunt. Ante aliquot hebdomades tuſſis ingruit. Diarrhœam huc uſque durantem unicus pulvis rhabarbarinus abegit. Quo tempore ſoror hujus infantis e variolis decubuit, contagiique affuturi ſuſpicio alebatur, harum loco infantem febris pectoralis prehendit, vires uſque adeo peſſumdans, ut diei 21 April. hora 10ª veſpertina deſinenti tuſſi ſuccedentes convulſiones intra pauca minuta mortem intulerint. Cum vero plures jam hujus familiæ proles rachiticas pectoralis febris ſuperveniens peremerit, quarum unius (a) anatome jam exſtabat, hujus quoque infantis ſectio poſtero mane eſt inſtituta. Fontanella præter hujus modi ætatis morem duos pollices lata aderat. Artuum carnes abſumptæ, non item in facie; dextrum brachium, & ſiniſtrum antibrachium 3 pollices a manu, fuere curvata. Abdomen magnum, at non prægrande, cujus in cavo tenuiſſimum digitiſque facile atterendum omentum totum ſe ſe retraxerat. Hepar pro ætate majus $\frac{1}{4}$ lib. appendit, ac velut ex inflammatione profunde aut e livido rubrum. Lien

pro

(a) Vide §. 10. I. B. 5. b) β.

pro oblongo latus & anguloſus. Ventriculus & inteſtina ſecundum naturam, flatibus, vermibus, ingeſtis, fæce, &c. vacua. Meſenterium plenum glandulis piſa fabasque æquantibus. Renes uterusque cum appendicibus absque vitio. Ventris ergo magnitudo ſoli jecori grandi debebatur. In thorace ſex ſummæ coſtæ utriusque lateris in medio (circiter ſeſquipollicem retro cartilagines) introrſum, imæ autem extrorſum flexæ, quaſi ex prægreſſa fractura; quæ tamen (ut e dictis liquet) nunquam accidit; præſertim cum ſoror ejus ſimilem ex utero jam thoracem attulerit, qualem altera quoque paulo ante memorata habuiſſe dicta eſt. Ablato ſterno erupere aliquot cochlearia aquæ ex mediaſtino cum pericardio communicante. Cor magnum cum læva auricula parva, dextra vero permagna; cujus in dextro ventriculo duo polyporum rudimenta reperta; jacuitque cor in antica thoracis parte ſub ſterno ſolitarium, nusquam pulmone tectum, ut qui ſe in thoracis poſtica retraxerit, ſanus hic illic, hac illac maculoſus & inflammatus. Similem ſtatum ſitumque cordis ac pulmonum in aliis quoque binis germanis (a) hujus ægræ deſcriptis videre fuit.

Cum

(a) Ibidem.

Cum autem puella ſatis ingenii nutibus prodereret, quin tamen vel ſyllabam effari quiverit, caput quoque luſtratum eſt. Demptis tegumentis diſſectoque cranio adhuc molli meninges tenuiſſimæ ſub fronte anterius videbantur ex mera lubrica materia conſtare; omnes cerebri anfractus venis rubris velut ex inflammatione referti erant. Medulla cerebri debite conſiſtens. Sub calloſo autem corpore cochlear aquæ limpidæ in peculiari conceptaculo, ductum quemdam verſus naſum antrorſum habente, repertum. Nulla uſquam glandularum pituitariæ pinealiſque veſtigia. Oſſa brachiorum nudata habebant ubique protuberantias, tamque fuere mollia, ut ubique cultro ſe ſe in tranſverſum perſcindi facile ſiverint.

e) *Caries, ulcera.* Sic MORELI (a) in fœtu & in TACCONI (b) femina caries oſſa vitiavit. Ulcera vero vel ex hacce, ut in pueris ABILDGAARDI (c) & CAMERARII (d), vel ex ſcrophuloſis tumoribus, ut ex TEICHMEIERO (e) notavimus, ortum

(a) Vide §. 13.
(b) Vide §. 25.
(c) Vide §. 34. Nro I. a).
(d) Vide §. 10. I. B. 5. a) β.
(e) Vide §. 28. a.)

tum trahunt. In s. GRASSII (a) puero trimulo rachitico a morte ſecto intra integumenta abdominis pleraque interſtitia ſcirrhoſa ulceroſaque reperiebantur. Hepar prægrande. In latere dextro per abſceſſum ad meſenterium tranſeuntem, omnia inteſtina infeſtantem, cum ſcirrheſcentia & exulceratione undiquaque contortum, ut inteſtina conſpici ac diſtingui non poſſent, circa inteſtinum rectum maxima induratio ſeu ſcirrhoſus tumor 3 digitos amplus viſebatur. Dexter annulus inguinalis p. n. relaxatus erat, ſed ſine hernia; nam inteſtina convoluta, purulenta & ſcirrhoſa prolabi nequivere. Lien magnus ſanusque. Ventriculus flaccidus, atonus. Thymus dextro in latere ſcirrhoſum abſceſſum nucem juglandem viridem magnum aluit. Siniſter pulmo pleuræ ſuperius accretus, totusque ſcirrhoſus. In ventriculis cerebri copia lymphæ. Cetera inculpata. Non inutile erit duas huc KÖNIGSDÖRFFERI traducere ulcerum rachiticorum obſervationes. Una (b) a G. VIEBEGIO accepta eſt „pueri „ rachitici, qui dolore arte excitato a fiſtula „ liberabatur. . . Fiſtula hæc in puero ſum-

„ me

(a) Miſcell. natur. cur. Cent. 1 & 2. Obſ. 180. p. 385.

(b) Diſſ. cit. §. 12. nota (g), p. 33.

„ me rachitico, infirmiſſimo, emaciato, con-
„ gruis medicamentis tam intus datis quam
„ extrinſecus impoſitis, & quæ adverſus ul-
„ cera ſordida valent, cicatrice quidem ob-
„ ducebatur; ſed ulcus hoc aliquoties redi-
„ bat. Tandem cauſticum in auxilium vo-
„ catum dolore excitato partes firmabat, ita
„ ut humoribus nec nova in hoc loco colle-
„ ctio & ſtagnatio, nec etiam, ſi quiete ac
„ putredine corrupti fuerint, exitus ibidem
„ concederetur. Hoc unico enim robore vi-
„ tali, arte excitato dolore, aucto . . . ;
„ decubitus & ſtaſis humorum, vaſis jam
„ hac medicina efficaci corroboratis, averte-
„ batur „. Altera (a) ſpinam ventoſam ſi-
ſtit „qua juvenis 20um jam annum ætatis a-
„ gens miſere torquebatur. Is per multos
„ annos rachitide laboraverat, quæ tandem
„ vitiatis humoribus in oſſa delatis in hunc
„ atrocem deſinebat morbum. Os humeri in
„ media circiter parte tribus perforatum erat
„ foraminibus, & in inferiori circa articu-
„ lationem duobus, quæ omnia uſque ad
„ medullæ cavitatem deſcendebant. Ex uno
„ hoc foramine in alterum facilis erat aditus;
„ adeo ut liquor in unum ope ſyringæ inje-
„ ctus ex omnibus aliis rediret. Exibant,

P 2 „ in-

(a) Ibidem §. 10. p. 24.

„ injectionibus per aliquod temporis ſpatium
„ continuatis, membranaceæ partes, in ca-
„ vitate medullari a corroſivis, malo conſilio
„ ab agyrtis inditis, ſine dubio natæ. Os
„ femoris dextri lateris in media parte vi-
„ tiatum exeſumque reperiebatur, & cum
„ inciſa tumente carne exitus ſaniei acri non
„ daretur, vicinas voraverat partes, easque
„ ad genu uſque ſinuoſis ulceribus inquina-
„ verat. Callus ſectione non tollendus erat,
„ qui facta exploratione ſubter ligamenta
„ prorepſerat, & vaſis ita vicinus & incum-
„ bens deprehendebatur, ut in corpore in-
„ firmiſſimo ſuccisque exhauſto ferrum in
„ auxilium trahere temerarium fuiſſet. Me-
„ dicamenta ergo adverſus callum idoneæ
„ ope ſyringæ, quæ in tubulum ex argento
„ puriſſimo fabrefactum deſinebat, atque huc
„ & illuc flecti & intorqueri fiſtulæque ac-
„ commodari poterat, non ſine fructu inji-
„ ciebantur. Namque callus mota inflamma-
„ tione & ſuppuratione mollium partium,
„ quibus accreverat, ſeparabatur, ita ut
„ membranoſæ partes ſpithamam interdum
„ longitudine æquantes cum pure & ichore
„ exirent. Externe emplaſtrum imponeba-
„ tur unguinoſum, ut tranſpiratio per ali-
„ quod tempus in hac parte impediretur, &
„ humores eo facilius hic concurrerent, qui
„ ad ſeparationem partium harum peregrina-

„ rum

„ rum neceſſarii videbantur. In ſiniſtro la„ tere ſuprema oſſis femoris pars carie & „ partes molles ſinubus, qui alte deſcende„ bant, afficiebantur. Licet vigeſimum jam „ ageret annum, nulla tamen pubertatis ſi„ gna monſtrabat, penis nullis pilis obſitus „ non erigebatur, ſed natura cum truculen„ to morbo pugnans a tramite ſuo depulſa in „ hac parte perficienda langueſcebat. Per „ longum temporis ſpatium a tonſoribus & „ ejusdem farinæ homuncionibus ineptis ridi„ culisque unguentis & corroſivis diſcrucia„ tus ad miſerrimam ſanitatis conditionem „ redactus erat. Medicamentis, a quibus „ in macie & humoribus vitiatis maximum „ auxilium peti ſolet, longo tempore intus „ datis illa corporis pars, quæ os innomina„ tum & coſtas ſpurias intercedit, paulatim „ tumebat cum nulla inflammatione nec ru„ bore nec calore nulloque etiam dolore, ſi „ illum excipias, qui a ſtrictura partium „ mollium movebatur, cum tumor adoleve„ rit. Cum hic incideretur, humor metaſta„ ſi ſalubri facta huc delatus exibat, qui „ neque nimis denſus coactusque, neque ni„ mis tenuis aquoſusque erat, cum fœtore „ exiguo; at in tanta quantitate, ut 4 men„ ſuras impleret. Hoc facto omnia in me„ lius vergere & ulcera ſiccari videbantur „.

 f) *Pa-*

f) *Paralyſis* artuum vera an unquam rachiticis accidat, dubium etiamnum ſupereſt; ſiquidem illa ambulandi impotentia non tam nervorum ſpinalium a vertebris vitioſe locatis compreſſioni & impedito ſpirituum in eos influxui, quam nimiæ potius muſculorum flacciditati & extenuationi tribuenda eſſe videatur. GLISSONIUS (a) „ nunquam, quod „ meminimus (ait), paralyſin aut apople„ xiam huic affectui ſuperveniſſe novimus; „ deberet autem neceſſario ſæpius (ſaltem in „ morbo confirmato) evenire, ſi laxitas & „ debilitas hæc nervorum a defectu influxus „ cerebri originem duceret „. Probabile id tamen viſum eſt D'AUBENTONO (b); in deſcriptione enim cum ſceletorum tum oſſium rachiticorum quorumvis, quæ in regio theſauro aſſervantur, notat carnes ob nutritionis bonæ defectum debitam amittere firmitatem, ſimulque etiam oſſa ſub incremento non ſatis ſolida fieri: unde cenſet vertebras natura ſua poroſas emolliri ac ſubſidere, indeque medullam ſpinalem & nervos hinc oriundos & ad imos artus pertinentes ſenſim comprimi, qui ob id in dies magis evadant paralytici, morbi vi ſemper magis increſcente.

(a) l. c. Cap. 4. p. m. 26.

(b) l. c. T. 3. p. 55.

te. At SWIETENIO (a) hæc explanatio minus arridet: „miræ quidem (inquit iſte) „ depravationes ſpinæ dorſi in ſceletis rachiti- „ corum obſervantur, nec improbabile videtur, „ poſſe comprimi tandem medullam ſpinalem „ contentam in theca vertebrarum, & ner- „ vos inter commiſſuras vertebrarum ex ſpi- „ nali medulla emergentes; tamen veræ pa- „ ralyſes in rachiticis vix obſervantur. In „ miſeris illis, quorum cura neglecta fuit „ penitus, videmus quosdam emergere totos „ deformes, ſpina dorſi adeo diſtorta, ut „ vix poſſibile videatur, hoc contingere po- „ tuiſſe abſque compreſſione ſpinalis medul- „ læ ac nervorum, & tamen non obſervatur „ paralyſis. . . Minori cum periculo contin- „ gunt diſtorſiones illæ in ſpina dorſi; quia „ lente & ſenſim fiunt in rachiticis, & the- „ ca illa vertebrarum, dum divergit a recto „ tramite, notabilem arcum circuli facit: „ unde ſenſim medulla ſpinalis ſe accommo- „ dat mutatæ figuræ canalis oſſei, per quem „ deducitur. Idem verum eſt de nervis, „ qui ex vertebrarum theca toto hoc itinere „ egrediuntur„. Unde ſiniſtræ manus pa- ralyſis in BÜCHNERI (b) puella, & immo-

 bile

(a) l. c. ad §. 1485 Nro 7.
(b) Vide §. 30. e).

bile fere brachium dextrum in puella LENTILII (a) ad ſolum forte muſculoſi habitus non nervorum vitium perinde referenda eſſe videntur.

§. 30.

6. LETALIA ut plurimum ſunt

a) *Connata rachitis.* „ Morbus hic „ proprie nativus ſive qui ante partum in„ vadit, inquit GLISSONIUS (b), pericu„ loſiſſimus eſt, & rariſſime ſi unquam ad „ ſalutem terminatur „ . Prognoſeos hujus veritatem ſatis illa evincunt, quæ ſuperius (c) de connata rachitide in medium allata ſunt, ubi unicam rachitidi ſupervixiſſe STORCHII puellam puerumque SICHII alibi (d) videbis.

b) *Hydropes*, præſertim hydrocephalus; immedicabilem enim cachexiam adeſſe arguunt: cujus rei perinde varia exempla dedimus (e).

c) *He-*

(a) Vide §. 11. Nro 7. c).
(b) l. c. Cap. 23. p. m. 285.
(c) Vide §. 13.
(d) Vide §. 37.
(e) Vide §. 29. d) α.

c) *Hectica* febris; nam & hæc, ut alibi (a) dictum, non prius advenit, quam ſumma præſente cachexia, morboque in mortem tendente.

d) *Inſenſilitas pedum.* Enim vero notante J. P. BÜCHNERO (b) „ ſi viſus ob„ fuſcari & pedes emori incipiunt, non ul„ tra 3 aut 4 dies mors inducias agit „: quod obitus duarum ejus puellarum (c) docuit.

e) *Convulſiones* factæ continuæ, velut in minima BÜCHNERI (d) puella, & quæ (e) 15 menſium, nullos dentes nacta, facie valde plena, vere epileptica, magnum tumidumque ventrem, altum pectus, manum lævam ſex ante mortem ſeptimanis frigidam ac paralyticam habuit. Huic convulſionibus comitata tuſſis demum in continentem 24 horarum epilepſiam perpetuo ſudori junctam ac veſperi letalem abiit. Puella nodoſa non erat, nec a morte faciem Hippocraticam præ ſe tulit.

P 5 f) *Ha-*

(a) Vide §. 29 a).
(b) l. c. §. 15. Nro 8. p. 288.
(c) Vide §. 10. I. B. 1. b) 5. b). δ. b.
(d) Vide §. 11. Nro 6.
(e) l. c. §. 9. Nro 8. p. 283.

f) *Halitus teterrimus*, cum quali binæ BÜCHNERI (a) puellæ interierunt.

g) *Facies vetula*. „ Si facies tandem collabaſcat, inquit BÜCHNERUS „ (b), vix ultra 14 dies mors differtur „. Complura fatalis hujus phænomeni exempla ſuperius (c) jam producta ſunt.

h) *Peripneumonia* ſuperveniens, quam in rachiticis gibboſis facile enaſci alibi (d) oſtenſum fuit: ſi autem ſemel ingruat, abunde liquet, ominoſam eſſe debere. Nam a quibus creatur cauſis, ab iisdem etiam, utpote manentibus, fovetur augeturque, ita ut neceſſum ſit eam vel in letales abire vomicas vel gangrænam. GLISSONII (e) collegarum morbum rachiticum juncta opera id temporis obſervantium unus „ vidit . . . „ affectum hunc complicatum cum magno em„ pyemate ſimulque phthiſi. Amoto ſterno „ pulmones ſiniſtri lateris toti abſceſſu oc„ cupati ſunt, atque undique pleuræ adna„ ti: compreſſo leviter tumore pus copio„ ſum ſubflavum craſſum & fœtidum per „ tra-

---

(a) Vide §. 10. I. B. Nro 1. b) Nro 5. b) 𝔡. 𝔟.
(b) l. c. Nro 12. p. 288.
(c) Vide §. 10. I. B. 1. c).
(d) Vide §. 11. Nro 3.
(e) l. c. Cap. 2. p. m. 13. ſq.

„ tracheam . . . in ipſum os effluxit. Eo-
„ rum membrana exterior, qua firmiter
„ pleuræ adnati ſunt, craſſior apparuit ſoli-
„ to, eaque mediante lobi iſtius lateris ita
„ coaluerunt, ut vix in lobos diſtinguere
„ potuiſſes. Eadem etiam membrana tum
„ ipſum abſceſſum involvit, qua aperta in
„ conſpectum venit magnitudo abſceſſus,
„ qui adſtantium æſtimatione continuit ad mi-
„ nimum lib. ij. puris. Tantum abſceſſum
„ in tantillo corpore merito quis miretur!
„ Sed is totum ferme ſiniſtrum latus occupa-
„ vit, parenchyma pulmonum iſtius lateris
„ corruptum erat, ſemiputridum, & pure
„ quaſi intertextum „. Jure itaque metu-
endas eſſe peripneumonias monet STORCH
(a), cujus etſi puer trimulus (b) inde eva-
ſerit, jugulatæ tamen ſunt puellæ, ſeſquien-
nis una (c), altera bimula (d), tertia (e)
1 $\frac{3}{4}$ ann. ex hæreditate uteroque rachitica,
cui poſt ſuperatam menſe Martio pectoralem
febrem cum brevi ſpiratione ſuperfuit dyſ-
pnœa.

(a) Von Kinderkrankh. l. c. p. 274. ſq.
(b) Obſ. clin. ann. 3. Maji Cl. 3. Nro 1. p. 285.
(c) Vide §. 10. I. B. 5. b) β.
(d) Vide §. 29. d) β.
(e) Quinquepart. pract. l. c. p. 108.

pnœa. Die 1ª Maji poſt novam incaleſcentiam color totius corporis fuſcus fit ac lividus, ægra anxie tuſſiente. Ab idoneis remediis poſtridie melius habuit; at inſequente nocte obiit. Ex 7 prolibus rachiticis fuit iſta 4ª: omnes pectoralis febris ſuſtulit. Eundem exitum habuit illius (a) puſio ſeſquiennis, habitior, at pallidulus, a nativitate valetudinarius ac ſemper ægre ſpirans, aliquamdiu leviter ſcabioſus, cui cum ſcabies poſt lotionem corporis in propria urina fuiſſet ſiccata, tuſſis convulſiva, quam a 3 hebdomadis habuit, increvit. Demum peripneumonia ſupervenit. Scabies ad bis admota veſicantia non revertit. Die 4° peripneumoniæ, idoneis licet remediis oppugnatæ, oborta miliaria rubra cum anaſarca, quod 5° die crevit cum tuſſi ac dyſpnœa. His die 6° acceſſit mane & veſperi vehemens inſultus epilepticus, cui mors ſucceſſit. In dorſo, femoribus cruribusque lividæ maculæ. In abdomine magno inteſtina flatu diſtenta & hepar lib. ij. In pelvi ſeri effuſi ſelibra, in dextro thoracis cavo lib. j, in lævo unc. iij. jv. cum albida & viſcida materia. Totus pulmo, excepta plaga pollicem lata, inflammatus, atro-fuſcus, muco ſpumoſo turgens: lævi pulmonis

(a) Act. nat. cur. Vol. 5. Obſ. 147.

monis pars pro corde tegendo deerat circiter 2 pollicum latitudine. In utroque corde polypus digitum longus, glanduloſo-membraneus. In medio cujusvis coſtæ arcu tuber moſchatam nucem æquans, introrſum vergens, ac ſi illæ olim fractæ per callum coaluiſſent. Minacibus autem id genus pulmonum malis ii in primis obnoxii ſunt, quorum thoracis figura haud leviter eſt depravata; alii non perinde. Nam „non diſſimulamus, inquit „ GLISSONIUS (a), in iis, quos affectus „ hic e medio ſuſtulit, ut plurimum nos per „ anatomen obſervaſſe obſtructiones, tumo- „ res varios nodosque in pulmonibus; ſed „ atteſtamur quoque infantes aliquos pueros- „ que nos vidiſſe levius hoc morbo affectos, „ in quibus nulla ſuſpicio fuit vitiatorum „ pulmonum; nulla quippe tuſſis adfuit, „ nulla reſpirationis læſio, quæ neceſſario „ individua obſtructionis in pulmonibus co- „ mes eſt „.

HISTO-

(a) l. c. Cap. 4. p. m. 32. Confer §. II. Nro 3. e).

HISTORIÆ RACHITIDIS PARS II.

DE MEDENDI METHODO RACHITIDI.

PROLEGOMENON.

SUMMA MEDENDI CAPITA.

§. 31.

I. INDICANS eſt rachitis.

II. INDICATIO eſt eam tollendi; quod fit, ſi

1. Cauſa ejus aufertur, i. e. ſi
   a) Acor humorum aboletur, &
   b) Laxitas ſolidorum emendatur;
2. Symptomata mitigantur;
3. Effectus futuri præcaventur, præſentes tolluntur.

III.

III. INDICATA denique pro hiſce obtinendis petuntur e fonte pharmaceutico, chirurgico, ac diætetico.

SECTIO I.

PHARMACA.

CAPUT I.

EMETICA, CATHARTICA.

§. 32.

I. EMETICA num unquam in rachitide curanda præbere oporteat, non abs re dubitatum fuit. Rejicit ea ZEVIANI (a), tamquam teneræ ætati violenta, meliusque illis cathartica cum ſolventibus ſuffici arbitratur. J. STORCH (b) autem plus etiam ab iis metuit, ne videlicet humoribus uberius ad caput alioquin magnum ac turgens compulſis vel hydrocephalus vel ulcera ſcrophuloſa leta-

(a) l. c. Cap. 4. §. 11. p. 96. ſq.
(b) Von Krankh. der Kinder l. c. p. 300.

talia (a) ut plurimum conſequantur. F. HOFFMANNUS (b) tamen emetica minime cenſuit excludenda „ conferunt (inquiens) le- „ niora laxantia, non omiſſis, ſi opus eſt, „ nec tenera infantum conſtitutio obſtat, le- „ nioribus emeticis ex rad. ypecac. aliquot „ granis cum ſaccharo & aqua cinnamomi ſi- „ ne vino datis aut cum ſyrupo quodam in „ electuarium redactis vel etiam cum aqua „ calida infuſis & oblatis „. Satis autem e reliquis ejus verbis colligitur, non alioquin eſſe danda, niſi ubi ſtomachi ſaburra præ- ſens ea expoſcit. Proinde non ad morbi ipſius cauſam ſed accidens tantum tollendum indicantur. GLISSONIUS (c) quoque non niſi in ſaburra turgente iis locum eſſe agno- ſcit. Idcirco etiam SWIETENIUS magiſtri ſui BOERHAAVII (d) ſenſa, dicentis „vo- „ mitoriis lenibus aliquoties cum prudentia „ repetitis „ explanans emetica haud alio- quin danda cenſet, niſi ubi ſigna docuerint primas vias bilioſis aliisve ſordibus onuſtas munere ſuo fungi non poſſe; quod etſi in ra- chiticis contingere interdum queat, non ta- men

(a) Vide §. 28. a).

(b) l. c. curat. §. 1.

(c) l. c. Cap. 30. p. m. 356. ſqq.

(d) De cognoſc. & cur. morb. aphor. 1489.

men ſæpenumero aut conſtanter evenire, imo ob vigentem appetentiam non videri uſque adeo frequens. Neque inflatum abdomen ſignum eſſe ſaburræ præſentis; quandoquidem illius phænomeni cauſas longe alias eſſe conſtat (a), in primis inſolitam jecoris magnitudinem (b), ob quam ne tuta quidem ſatis eſſe emetica arbitratur, quorum ex actione tantæ molis jecur a diaphragmate muſculiſque abdominalibus magnopere concuti oporteret. Quod cum omne emeticorum genus efficere tenendum ſit, tanto id utique magis de draſticis valet, miraculoque potius eſt obſervatio J. P. BÜCHNERI (c) narrantis: „infantem „nodoſum unius & dimidii circiter anni, pe„dibus, abdomine, ſcroto non rugoſo, fa„cie tumentem, flaccefſcentem, plane ſtupi„dum, eundi loquendique potentia quadam, „qua antea pollebat, defraudatum cum lar„gis doſibus reſinæ ſcammonii, tartari eme„tici, & ſulph. antimonii aurati ad vitam, „ſenſibilitatem ac debitam ſtricturam revo„care fruſtra tentaſſem, tandem amplo cin„gulo mercuriali cum ſpir. vin. ſæpius fri-

„ cata

(a) Vide §. 10. I. B. 3.
(b) Ibidem e).
(c) l. c. § 13. Obſ. 13. p. 280.

„ cata dorſi ſpina, & tinctura vener. HELVETII (quæ vitriol. cyprium ſpiritu vini „ ſolutum continet) ita data, ut vomiturien- „ di quidem conatus, raros tamen vomitus, „ cieret, & appetitum plane proſterneret, „ in integrum reſtitui. Furibundam praxin! „ exclamabunt, quibus venus in omni caſu „ venenum eſt; ſed venerabundi Senis noſtri „ æterno præcepto (a) *ad extremos morbos „ extrema exquiſite comparata remedia opti- „ ma*, ad extremum igitur ſtuporem & re- „ laxationem extrema ſtringentia adhibenda. „ Id adhuc notabis, etſi doſeos dati tartari „ emetici & vitrioli venerei oblitus ſim, me „ tamen obſtupuiſſe, ad excitandam nauſeam „ ac inappetentiam ea copia opus eſſe, non „ propter ea, quod ſtupido draſtica conve- „ nire ex dogmatibus vetuſtatis ignorarem, „ ſed quod eam vim requiri non augura- „ rer „. SWIETENIUS (b) tamen therapiam hanc improbans „admodum vero ſimile „ (ait), puerum, qui tot & tanta pati po- „ tuit, leniori arte curari potuiſſe „.

§. 33.

(a) Sect. I. aphor. 6.
(b) l. c.

§. 33.

II. CATHARTICA quoque inutilia aliis, aliis neceſſaria ſunt viſa. GLISSONIO (a) ea ſuadenti A. BOOTIUS (b) contrarius „ purgatio (inquit) nullum hic locum „ habet „ ſcopo nempe therapeutico, præſertim vel crebra vel draſticis mota; mitiora tamen cathartica initio morbi ſemel bisve dare expediet ad ſaburram primarum viarum ejiciendam, uti & per decurſum curationis, quoties indicia illius adfuerint; quippe quæ ob rachiticorum infantum voracitatem facile generetur. Idcirco etiam cum BOOTIO ſentiens SYDENHAMUS (c) „in rachitide vera „ (monet) cathartica locum non habent, niſi „ ut ſemel vel bis ad plurimum æger pur- „ gandus, antequam uſum alterantium aggre- „ diatur „. Quo etiam ſenſu F. HOFFMANNUS (d) eccoprotica principio morbi commendat. Quid itaque tenendum de purgatione per epicraſin ab H. BOERHAAVIO (e) pro rachiticis conſulta? En ejus formulam!

(a) l. c. Cap. 30. 32.
(b) l. c. p. m. 34.
(c) Diſſ. epiſtolar. p. m. 269.
(d) l. c.
(e) Mater. med. ad §. 1489.

℞. Rhei electi unc. ſem.
Myrobal. citr. ſine nucl. dr. iij.
Agarici trochiſc. ſcrup. ij. Infunde frigide cum
Cereviſiæ fortioris libr. jv.

„ Poſt 24 horas paratus erit potus, quo „ utatur pro familiari quotidiano ſpatio 4 „ ſeptimanarum. Si vero nimis inde purge- „ tur, æqua copia cereviſiæ alterius dilui „ poterit, aut etiam majore, ſi uſus indi- „ cat „. Non parum huic potui tribuit SWIETENIUS (a), præſertim ita temperato, ut parce tantum alvum ſubducat, idque primis non niſi diebus, quod commode obtentum iri notat „ ſi omni veſpere lagena re- „ pleatur eadem cereviſia; ſic enim diluitur „ magis & magis efficacia catharticorum quo- „ tidie, quæ non ſolent renovari. Simul „ hoc commodi ſic habetur, quod medicamen- „ torum ingratus ſapor quotidie fiat mitior, „ & vi purgante rhabarbari ac myrobalano- „ rum exhauſta jam ſuperſit tantum vis ro- „ borans & adſtringens, quæ una cum cere- „ viſia fortiori in cura rachitidis quam ma- „ xime prodeſt „. Cum itaque non facile catharſi per epicraſin hic opus ſit, niſi forte

(a) Comment. ad §. cit.

te in ægris aliunde quoque cachecticis ac impuris, cathartica melius e longioribus præbentur intervallis. Ita STORCH (a) trimulo infanti rachitidem ab utroque parente hæreditariam, at inchoatam tantum paſſo, nec niſi jecur magnum & crura parumper curva debiliaque habenti præbuit quovis menſe ſemel morſulorum purgant. drach. ij; externe quoque ſemel quavis hebdomade infuſum leviſtici, & interdum balnea decocti emollientis, conſuluit. A morſulis numeroſi vermiculi expulſi ſunt, brevique apparebat, artus fieri valentiores.

CAPUT II.

ANTACIDA.

§. 34.

III. ANTACIDA vero tantæ ſunt hocce in morbo (utpote acido) energiæ, ut iis ſolis omnis ſæpenumero curatio abſolvatur. Huc proinde referenda ſunt

(a) Obſ. clin. ann. 6. Mart. Cl. 3. p. 473. & in A. E. BÜCHNERI miſcell. phyſ. med. A. 1728. p. 903.

I. *Alcalina*, queis ZEVIANI (a) plurimum tribuit, cujuſmodi ſunt vel ipſum alcali purum fixum mite, vel corpora illud continentia, ut antiſcorbuticæ plantæ, ſapones, &c. Hinc

a) *Sal tartari* quantum hic valeat, documento eſt P. C. ABILDGAARDII (b) obſervatio: puer ſeptennis abſque manifeſta cauſa dextro pede claudicare cœpit, malumque biennii ſpatio ſenſim crevit. Superius femoris extremum protuberabat, femore tamen quaquaverſum mobili. Nullus ibi dolor. Puer hilaris & acuti ingenii nunquam ante ægrotavit, facie tamen pallida juſtoque grandiore capite conſpicuus. Rachitidem ergo ſub claudicatione latere ſuſpicio orta, nec in vanum, quæ anni ſpatio ita invaluit, ut puerum prope enecarit, ad oſſeam maciem redactum cum diarrhœa, ſudore continuo, febre ac ſumma debilitate. Artus inferiores reſoluti erant & immobiles; abdomen flaccidum, mireque tumidum, ut ob molem ſacci inſtar in alterutrum corporis latus recideret. Quinque ulcerum profunde fiſtuloſorum unum ad ſuperiorem ac dextram femoris partem ſinu

(a) l. c. Cap. 4. §. 119. p. 103.
(b) Collect. Havn. Vol. 1. Obſ. 1. p. 2. ſqq.

nu anguſto in ipſum oſſis corpus deſcendente ſpecillumque ad longitudinem 4 pollicum admittente conſpicuum; alterum ſupra ſpinam anticam ſuperiorem oſſis ilei dextri itidem ſinuoſum in corpus hujus oſſis longitudine 3 pollicum deſcendebat; tertium in medio femore dextro ſub finem partis carnoſæ muſculi faſciæ latæ oblique aſcendebat verſus anteriora, alteri illi profunditate non cedens; quartum in inguine corpus oſſis pubis penetrabat; minimum tandem ulcus anterius ad latus perinæi dextrum ſymphiſin oſſium pubis adibat. Singula pus fœtidum ac rodens eructabant. Auctor triſti prædictione facta præbuit decoctum corticis Peruviani (quo diu jam ante puer utebatur abſque levamine) ad unc. jv quotidie cum ſalis tartari gr. xv in eodem ſolutis. Et en! intra triduum deſiit diarrhœa, febris, ſudor colliquativus, & vires quotidie crevere, rediit ſanus faciei color, appetentia, adeo ut poſt 14 dies nil mali ſupereſſet præter ulcera jam bonum pus fundentia & abdominis tumorem multo jam minorem ac paralyticam fere inferiorum artuum debilitatem. Poſt menſem lecto relicto ſuſtentatus manibus aliquatenus incedebat. Pertæſo jam corticis ægro datum decoctum rubiæ tinctorum cum ſale tartari; quo ſolo remedio intra 4 menſes ita convaluit, ut pleriſque ulceribus, quæ linteis tantum car-

ptis deligabantur, conſolidatis baculo ſuffultus jam ambularet. Unicum ulcus ad os ſacrum ſuperſtes in dies quoque emendabatur, & vix pollicem jam profundum ad proximam ſanationem tendebat. Totam hanc curationem Auctor merito ſali tartari tribuit; cum diu ante ſumptus ſolus cortex nil emendationis attulerit. „ Sed & alios rachiticos quot„ quot tractandos habuit, ſola ſolutione ſa„ lis tartari aquoſa æque felici ſucceſſu cu„ ravit „. Simpliciſſima autem methodo ac pro qualibet ætate alcalina ſalia N. ROSENSTEIN (a) hunc in modum conſulit:

℞. Sal. tart. unc. ſem., ſolve in
Aquæ fontis lib. j. Aſſerva in lagena.

Pro egenis loco ſalis tartari ſumi poteſt tantumdem cinerum clavellatorum purorum. Hujus ſolutionis dantur pro varia ætate quovis mane gutt. a 20 ad 80, 100 ex hauſtu aquæ; neque id quidem continenter, ſed identidem, ubi per 3 vel 4 dies ſolutio data eſt, totidem dein dies intercalando.

b) *Sapo Venetus*, quo num quiſquam alius ante ZEVIANUM (b) in rachitide ſit uſus,

(a) l. c. p. m. 398. 402.

(b) l. c. Cap. 4. §. 147. p. 126.

uſus, pro certo non dixerim. Iſte vero cum in ætate puſilla alcalibus puris ob eorum acrimoniam haud ſatis fideret, præſertim ſi rachitis non ita manifeſte ab acido lactis pendere ei videretur, maluit minori cum diſcrimine ſaponem experiri. Atque „iſtud eſt „ (inquit ille) motivum, cur ut certior fie„ rem, num rachitis ab acore proveniens „ ex lacte ortum habeat, quem ad modum „ multa id perſuadebant, ſaponis periculum „ facere decreverim. Namque ſi manifeſtum „ inde ſequeretur levamen, nullus dubio ſu„ pereſſet locus, quin illa ipſa eſſet rachi„ tidis cauſa. Præbui itaque ſaponem quan„ titate nuclei ceraſi quovis mane duobus „ infantibus ab rachitide multum extenuatis, „ nulloque adhuc idoneo remedio uſis, at„ que intra paucas hebdomadas inſigne ob„ ſervavi levamen ſine ullo ſiniſtro ſuperve„ niente effectu, & a continuato plures in „ menſes ejus uſu ambo integram adepti ſunt „ ſanitatem „. ROSENSTEIN (a) hunc in modum ſaponem dabat:

℞. Sapon. Venet. dr. xv.
Bilis taurin. inſpiſſ. dr. j ſem.
Pulv. rad. ari dr. vij. M. F. pilul.
gr. ij.

(a) l. c. p. m. 398.

Conſperg. pulvere cinnamomi. S. a prandio & cœna Nro jv. Vel etiam (a) pro ditioribus:

℞. Offæ HELMONT. unc. j ſem.
Bilis taur. inſpiſſ. ſcrup. jv.
Pulv. rad. ari. q. ſ. F. pilul. gr. ij. D.

uti priores. Efficaciam harum duplicium pilularum Auctor non abs re commendat ad acorem minuendum, digeſtionem alimentorum promovendam, probumque ex iis chylum, unde bonus ſanguis paretur, conficiendum, oſcula vaſorum reſorbentium patula ſervanda, mucoſam diatheſin prævertendam, præſentemque corrigendam, infarctus meſenterii tollendos, motumque inteſtinorum periſtalticum cum alvi libertate fovendum.

c) *Cicuta* ſale alcalino prædives. Nam cum aliæ pleræque plantæ, quæ ſub deſtillatione volatile alcali præbent, mortuo in capite nihil amplius alcali fixi recondant; cicuta præter alcali volatile in deſtillatione prolectum in carbone inſuper haud parum ſalis alcalini fixi continet: ac proinde magno-

(a) Ibidem p. m. 403.

gnopere antacida & ad rachiticum acorem enervandum efficaciſſima ſit, oportet. Et vero egregiam ejus in hoc morbo curando virtutem ſæpius expertus eſt A. STÖRCK. Sic (a) „infans 3 annorum peſſima rachitide la-
„ borat, facie & toto corpore tumet, & eſt
„ debilis. Tentatis multis remediis, quæ
„ alias in hoc morbo ſalutaria ſunt, nil
„ profui: unde infanti cicutam dedi. Inci-
„ piebam a gr. j mane & uno veſperi.
„ Quarto die jam 4 grana per diem exhibui.
„ Infans cœpit melius appetere. Octavo
„ die dedi 6 grana per diem, & infans vi-
„ debatur robuſtior, pedibus ſe ſe ſuſtinuit.
„ Doſin tunc non amplius auxi; quoniam
„ omnia quotidie meliora facta ſunt, & in-
„ fans alias moroſus, piger, meticuloſus,
„ ſpatio unius menſis erat agilis, jucundus,
„ & optime comedit, & tumor articulorum
„ ad minimum $\frac{2}{3}$ minor fuit. Color faciei
„ cachecticus in naturalem ac rubicantem
„ tranſivit. Tertio menſe fere finito infans
„ optime ſanus fuit, ſolus ambulavit, bene
„ dormivit, fiebat pinguis, & poſt curatio-
„ nem omnia veſtimenta erant ei nimis an-
„ guſta & brevia. Hinc uſu cicutæ infans
„ multum increvit, nec unquam malum ſym-
„ pto-

(a) De cicuta libell. 2. Cap. 2. Caſ 23. p. 150.

„ ptoma obſervatum eſt „ . Perinde (a) „pu-
„ ella 4 annorum rachitica a 3 menſibus u-
„ titur cicuta , & jam fere curata eſt „ .
Porro (b) „ infans 3 annorum rachiticus
„ nec pedibus poterat inſiſtere , nec libere
„ reſpirare. Cicuta fecit , ut morbus totus
„ diſparuerit , ut infans reſpiret commode ,
„ curratque alacriter , ceterosque ſuos fra-
„ tres ſanitate ſuperet. Similes caſus plures
„ habeo „ . Denique (c) & alius „infans
„ 3 annorum rachiticus in omnibus extremo-
„ rum articulis vix pedibus poterat inſiſtere,
„ languebat multum , & erat valde moroſus.
„ Cum in hoc tentata eſſent in caſſum omnia
„ uſitata contra rachitidem remedia , ſuaſi ,
„ daretur ei de cicutæ extracto m. & v. gr.
„ j. Spatio paucorum dierum habebat majo-
„ rem appetitum , & videbatur hilarior. Au-
„ xi remedii doſim , & dedi mane gr. ij &
„ totidem veſperi. Poſt 3 ſeptimanas am-
„ bulabat liberius , & jam pedibus inſiſtebat
„ ſatis firmiter , imo tumores articulorum vi-
„ debantur minores. Dedi dein 4 extracti
„ grana matutino tempore , & 4 veſperi.
„ Hac doſi ſpatio ½ anni malum ſublatum eſt
„ in-

(a) Ibidem caſu 24.

(b) Supplem. neceſſ. Caſu 17. p. 25.

(c) Continuat. experim. Cap. 3. Caſ. 13. p. 30.

„ integre, & puer jam ultra ſeſquiannum „ bene valet, hilaris eſt & agilis, & bona „ gaudet memoria, quæ antea fuit valde de- „ bilis „.

2. *Abſorbentia* parum quidem hactenus, at non fruſtra, in rachitide tentata, ita ut præter *oſtracodermata* nullum aliud probatum fuiſſe ſciam, quorum quis primus hocce in morbo periculum fecerit, haud dum compertum tenemus. Caſus demum, teſte A. HAENIO (a), remedii notitiam in vulgus aperuit: „aderat (narrat ille) Hagæ Batavorum „ vir ex ſummis Reipubl. moderatoribus „ arcanum ſuæ familiæ poſſidens, quod gra- „ tis concederet parentibus, qui ſuos infan- „ tes rachiticos dolerent. Initio praxeos „ meæ communi methodo fruſtra infanti cui- „ dam curando inſudaveram; cumque brevi „ interiturus videretur, parentes metuentes „ a ſumptibus voluere rem ſibi dimitti. In- „ audierant interim arcani mox dicti laudes: „ applicuere & ipſi, oſtenderuntque mihi „ poſthac eundem infantem ſanum, vegetum. „ Caſu contigit, ut Collega mihi referret, „ ſe ex domeſtico ampliſſimi illius moderato-

ris

(a) Prælect. in H. BOERHAAV. inſtit. pathol. Edit. F. AUG. DE WASSERBERG T. 2. ad §. 715. p. 55.

„ ris reſciviſſe, totum arcanum nil niſi oſtra-
„ codermata uſta continere. Experimur: cu-
„ ras poſthac inde fortunatas fecimus „.
Longiori demum remedii experientia idem hic Auctor (a) convictus „in rachitide (in-
„ quit) . . . ſatis nequeo oſtracodermata
„ laudare; ſi enim bis ter de die pulveris
„ hujus ſcrup. j quotidie detur, infantes-
„ que ſole aprico, aere rurali, motu in in-
„ fantili curru creberrimo ac quotidiano, le-
„ cto & conclavi ſiccis, ſanisque fruuntur a-
„ limentis, propemodum omnes cito; qui
„ vero horum adminiculorum plerisque ca-
„ rent, ſolo hoc pulvere motuque, tardius
„ quidem prioribus, tuto tamen & certo cu-
„ rantur, quam diu degeneratio univerſæ com-
„ pagis curam nec dum reddiderit quocunque
„ noto huc uſque remedio impoſſibilem „.
Vidit etiam M. HALLER (b) rachiticum hocce remedio ſanitati aſſertum.

CAPUT

(a) Rat. medendi P. 9. C. 6. §. 5. p. m. 113.
(b) Diſſ. cit. Cap. 7. §. 3 p. 84.

CAPUT III.

MERCURIUS.

§. 35.

IV. MERCURIUS in rachitide curanda ſuadetur ab aliis, ab aliis rejicitur. Enim vero illam luis venereæ progeniem non eſſe ex SWIETENIO ſuperius (a) memoratum eſt, & ab adhibito mercurio infantes non dum rachiticos in rachitidem incidiſſe GLISSONIUS (b) perhibet „obſervavimus (in- „ quiens) . . . pueros non nullos unguentis „ mercurialibus illitos ad necandam ſcabiem „ in hunc poſtea morbum incidiſſe „. Quod tamen non tam mercurio forſan quam ipſi magis rachitidi jam imminenti & absque litu etiam mercuriali erupturæ tribuendum arbitror; niſi forte pingui unguento ſolidorum laxitas fuiſſet promota, atque ita rachitidis geneſis accelerata. Huic ſane fortuito GLISSONII caſui reclamat experientia N. D. FAL-

(a) Vide §. 15. b) ζ.
(b) l. c. Cap. 16. p. m. 188.

FALCKII (a) de hydrocephalo agentis. En propri illius verba: „morbus hic plerumque infan-
„ tibus accidit non dum bimulis, ac ſæpenu-
„ mero rachitidi eſt complicatus. Ortus ejus
„ vulgo tribuitur negligentiæ cuſtodum debi-
„ tique regiminis defectui. Ultro conceſſe-
„ rim, id quandoque ita evenire; at non
„ ſemper: quandoquidem reperire eſt infan-
„ tes hoc malo mulctatos, quorum ſollicita
„ cura habebatur. Morbus hic plerumque
„ triſti exitu terminatur, in primis vulgari
„ therapia tractatus. Si uſpiam adhuc re-
„ medio locus eſt, non aliud id ſane erit,
„ quam mercuriale emplaſtrum toti capiti
„ applicitum. Hac occaſione ſilentio præ-
„ terire nequeo, in rachiticis infantibus em-
„ plaſtra mercurialia carpis tarſisque admo-
„ ta, ſimulque mercurium dulcem interne
„ refracta doſi, quæ nycthemero $\frac{1}{4}$ vel ſum-
„ mum $\frac{1}{2}$ grani haud excederet, datum, non
„ modo rachitidem ſanaſſe, verum difficili
„ etiam periculoſæque dentitioni iisdem citra
„ ullius alterius remedii uſum auſpicato fuiſ-
„ ſe proſpectum „. Galli quoque teſtantur hodie (b), numeroſis ſibi conſtare obſervatis,

(a) Von dem Queckſilber und deſſen Kräften bey verſchiedenen Krankheiten p. 254.

(b) Journ. de Medec. &c. T. 64. Juin 1785. p. 224. ſq

tis, in noſocomio *de Vaugirard* infantes e degeneri miaſmate venereo rachiticos a mercurialibus remediis optime convaleſcere. Verum cum ex hiſce paucorum hominum experimentis non dum quidquam certi de mercuri adverſus rachitidem efficacia decernere ſit integrum, ulteriorem ea in re diſquiſitionem a poſteritate præſtolari nos oportet.

CAPUT IV.

TONICA.

§. 36.

V. Tonica denique remedia in rachitidis curatione prioribus adjungere oportet; nam cum cetera ad ſaburram & acorem humorum auferendum ſint neceſſaria: tonicis ad muſculorum flacciditatem debilitatemque, hocce in morbo enormem, percurandam etiam atque etiam opus eſt. Cur itaque illa c. STRACK (a) inutilia eſſe velit; haud dum per-

(a) l. c. p. 131. ſq.

pervideo. Taxat ipſe medicos, qui morbi cauſam „ quoniam in partium laxitate & oſ-„ ſium mollitudine inveniſſe ſibi perſuade-„ bant, utique in roborantibus auxiliis mede-„ lam quæſiverunt. . . Verum duplex iſti cu-„ rationi vitium ineſt, alterum quod ſucceſſu „ ſæpe careat (vix enim nodus, qui inſedit, „ diſcutitur), alterum quod medicina, etiam „ quæ recte imperata eſt, debeat mulieribus „ adminiſtranda concedi, quarum animus in-„ conſtans atque ſuperſtitioſus eſt „ &c. Verum hæc nos, qui ad fidelia obſervata non verba reſpicimus, haud morantur; certis enim tentaminibus conſtat, per medicamenta nervina roborantia & adſtringentia in rachitide plurimum haud raro fuiſſe effectum, dum reddito muſculis nativo robore oſſa curvata illorum actione ad ſitum ac figuram nativam redigebantur. Atque hunc in finem præ primis proficua ſunt:

§. 37.

1. *Rubiæ tinctorum* radix, quam pulchro cum ſucceſſu ABILDGAARD (a) ſali tartari ſuo in ægro junxit. Et SWIETENIUS (b) „ cum

(a) Vide §. 34. Nro 1. a).
(b) l. c. ad §. 1489.

„ cum radix rubiæ tinctorum (inquit) ingeſta
„ animalibus illorum oſſa tingat rubro colore,
„ . . . LEVRET (a) ſuſpicabatur utile
„ poſſe eſſe in rachitide hoc remedium; cum
„ inſignes vires diureticas haberet, & in mul-
„ tis morbis chronicis prodeſſet: tentavit ru-
„ biæ tinctorum uſum, & profuiſſe teſtatur,„.
Maxime id enituit quodam in caſu puellæ ab LEVRETO tractatæ, quem a SCHLOSSERO communicatum accepit G. E. ROSNER (b):
„ inviſit . . . ſub finem menſis Junii . . .
„ puellam biennem, quæ facultate pedibus
„ incedendi, quam vix elapſo ætatis ſuæ anno
„ jam poſſidebat, a 6 menſibus perdiderat.
„ Aegra epiphyſes ad juncturas tibiæ, fibu-
„ læ, genu, radii & ulnæ multum protube-
„ rantes habet, crura conſpicue arcuata ſunt;
„ abdomen tamen parum tumet; faciem, dor-
„ ſum, femora cruraque obtegit herpes icho-
„ rem acerrimum ſudans. Præſcribitur ſe-
„ quens (c) decoctum:

(a) l'Art des Accouchem. §. 1431. p. 244. ſqq.
(b) Diſp. qua non nulla circa vires lactis notantur. §. 77. in A. HALLERI diſp. cit. T. 7. Nro 238. p. 242.
(c) Ex libro cit. §. 1151.

℞. Rad. rubiæ tinctorum unc. ſem.
Salis vegetab. dr. ij. Coque pintis ij
Aquæ commun. per horam igne leniſſimo. Colaturæ adde
Mell. opt. dr. ij. S. quovis die unc. x.

„ Quinto die poſtquam hoc decocto uti cœpit, puella pedibus commode inſiſtit; herpes deſiccatus fere deprehenditur. Elapſis 3 ſeptimanis illa per cubiculum ambulare valet; protuberantiæ in juncturis artuum plurimum ſubſederunt; crura minus incurva conſpiciuntur; cruſtæ ab herpete ſuperſtites ſponte natura deciduæ relinquunt loca ulcuſculorum integre ſanata. Initio menſis Auguſti mater infantis ſuſpendit uſum decocti per 5 dies: tum puſtulæ renaſcuntur in facie, occupantque loca ab ulceribus herpeticis profundioribus antea obſeſſa. Aegra decoctum iterum ſumit ſine interruptione; puſtulæ illico evaneſcunt. Jam nullæ in juncturis protuberantiæ, crura fere recta, ulcera ſanata ſunt. Uſum decocti continuari adhuc per aliquot ſeptimanas prudentia jubet. Urina a decocto primum copioſiſſima, dein minus abundans, ſemper ſaturate rubra fluxit. Alvi dejectiones per primos 15 dies quotidie numero 5 aut 6, poſtea rariores fuerunt, itidem rubræ. Sudorem autem rubrum, Cl. LEVRETO

„ quan-

„ quandoque viſum, obſervare in hac ægra „ non licuit„. ROSENSTEIN (a) autem omiſſo etiam ſale ex LEVRETI formula, ne forte huic magis quam rubiæ tinctorum curatio adſcribatur, ſequens conſulit decoctum:

℞. Rad. rubiæ tinctor. dr. ij.
Cort. aurant. ſiccat. ſcr. ſem. Conciſis adde
Sem. fœnic. contus. gr. xv. Coqu. in Aquæ puræ lib. vj. ad reman. lib. iv. in

olla terrea vitreata. Refrigeratum & clarum decantetur in vitreas lagenas uſui aſſervandum. Notandum interea F. C. OETINGERUM (b) per experimenta eruiſſe, duplicem radici rubiæ tinctorum ineſſe vim, aliam oſſa vivorum animalium tingentem, aliam tonicam adſtringentem, hancque in craſſioribus ejus partibus auſteris, illam vero in ſubtilioribus phlogiſticis reſidere, atque vim antirachiticam non iſtis, ſed auſteris illis, utpote tonicis eſſe tribuen-

(a) l. c. p. m. 400.

(b) Diſſert. de virib. rad. rubiæ tinctor. antirachiticis a virtute oſſa animal. vivor. tingendi non pendente. §. 32. in E. G. BALDING. ſylloge opuſc. Vol. 5. Nro 9. p. 270.

buendam; qui demum ſubdit (a): „ non ſolo „ ex ratiocinio ſed expertus teſtor, radicem „ rubiæ ſive in ſubſtantia ſive in decocto multum prodeſſe in ſimplici rachitide, ejuſque „ primis præcipue principiis„. Quod ſi porro rachitis in neonatis jam ſit conſpicua, queis amarum ex rubia ſeu pulverem ſeu potum haud ita facile ingeſſeris, ejus uſu interno nutricis lac eſt medicatum reddendum, cujus rei ſingulare exemplum prodidit L. B. SICHI (b): ruſtico cuidam e 7 filiis omnes, excepta prima filia, rachitide periere, ſecundus bimulus atrophicus, ceteri vero plus minuſve anniculi, compreſſis ad latera coſtis, ſterno admodum extuberante, grandi capite, abdomine tumido, artubus extenuatis. Symptomata hæc nunquam nón ſe ſe verſus 4 vel 5 menſem exſerebant, a ventris ſemper tumeſcentia & ſtypticitate cum dyſpnœa occipientia. Filia jam circiter duodennis articulos adhuc parumper nodoſos habebat. Pater harum prolium optimi habitus riteque conformatus (uti & duo ejus germani ac mater illorum) nunquam ægrotavit; uxor autem temperamenti melancholici coloriſque fere in nigrum vergentis negavit per-

(a) Ibidem §. 51. p. 281.

(b) Raccolta di Opuſcoli medico-pratici. Vol. 4. p. 30. ſqq.

perinde ſe unquam ægrotaſſe, niſi quod moleſtis quibuſdam brachiorum torporibus identidem eſſet obnoxia, ut quandoque ne induere quidem ſe ſe idcirco valeret. Adjecit nihilo minus, fratri ſuo omnes perinde proles eadem in ætate deceſſiſſe. Cum vero in octavum jam aut nonum menſem utero gereret, monuit SICHI, ut ſimul ac peperiſſet, ipſum ad fœtum inſpiciendum accerſeret. Factum. Reperit ille puſionem rite quidem conformatum, at paulo tamen grandiori, ac par erat, tum capite tum ventre, ſimulque parumper laborioſe ſpirantem, ac proinde manifeſta jam connatæ rachitidis indicia præ ſe ferentem, qualis etiam ad 4um uſque vitæ menſem manſit. Ea propter matri præter idoneum vitæ regimen imperatus diuturnus decocti ex rubia tinctorum uſus, nimirum

℞. Rad. rub. tinct. rec. minutim concis. M. j.
Aquæ fontis q. ſ. Stent primum in cinere calido infuſa; dein lento igne diu coqu. cum ebullit. Tum D. U. lib. j. m. & v.

Hujus ab uſu in matre lotium rubuit, & poſt aliquot menſes lac etiam rubellum viſebatur, præſertim paucis a decocti potu horis; porro moleſtus ille brachiorum torpor abiit, & quod

amplius, teter cutis color pedetentim in album nitidum mutabatur. In alumno vero ab lactis hujus medicati uſu urina perinde rubebat, in primis poſt lac a decocto poto ſuctum reddita; dyſpnœa deſiit, puer agilis evaſit optimeque coloratus; 7° menſe duo in maxilla inferiore dentes inciſores erupere, dein ex ordine alii ſucceſſere. Nulla jam in partibus organicis obſervabatur familiaris rachiticis diſproportio, juſta erat capitis ventriſque moles, & functiones naturales rite peragebantur. Artus imi juxta ac ſummi carnoſi, robuſti, non nodoſi, ita ut ſeptimeſtris puer pedibus bene inſiſtens iis uti geſtiret. In ætate 11 menſium morbillis cum peſſimis ſymptomatibus (tuſſi ferina, anorexia, vomitu, convulſionibus, ſanguinis ex naribus, ore, ac demum etiam auribus ſtillicidio) feliciter ſuperatis iterum ex toto convaluit, ſpemque fecit fore, ut ablactatus etiam ſub idoneo diætetico regimine ab rachitide maneat tutus.

§. 38.

2. *Oſmundæ regalis* radix ab H. BOERHAAVIO (a) inter antirachitica remedia relata,

(a) Mater. med. ad §. 1489.

lata, & P. GHERLIO (a) adverſus rachitidem præ primis familiaris, quam poſt ſæpiſſime in caſſum tentata quæque aperitiva & chalybeata demum edoctus reperit ſpecificum eſſe remedium rachitidis, ita ut quotieſcunque illam data opportunitate præbuit, nunquam fefellerit. Miracula inde vidit, liberatis ejus uſu plurimis infantibus ac paulo etiam adultioribus utriuſque ſexus ab rachitide, quæ pro deſperata ſæpe etiam ab omnibus habebatur. Trium nominatim rachiticorum ægrorum meminit hoc remedio ſanatorum, puelli nempe ſeſquiennis, tum alius faſciis adhuc involuti, cui extreme emaciato cum tumido ventre ſpina quoque dorſi occipiebat inſigniter curvari; ſed remedio hoc cum lacte dato non ſolum rectus iterum & obeſus, verum venuſtiſſimus quoque puſio evaſit. Tertius etiam quinquennis fuit puer, vere monſtroſus; quippe qui nil niſi venter fuerit, ceteris membris uſque adeo extenuatis, ut oſſa tantum ſola pelle tecta ſuperfuerint, puerque ita ranam ventre, facie ſimiam referens, diſtortis oculis, ac ſæpius manuum brachiorumque carnes dentibus commordens faſcinatus

(a) Rare Oſſerv. di Medicina e Ciruſ. Cent. I. Oſſerv. 45. p. 133. ſqq.

incantatuſve omnibus videretur. Datis autem in 40 dies quovis mane jejuno ſtomacho pulv. tenuiſſimi rad. oſmundæ regalis granis 10½ ex hauſtulo decocti tepidi rad. petroſelini venter ſenſim ſubſedit, recuperatiſque carnibus puer perfectam nactus eſt ſanitatem.

§. 39.

3. *Sarſaparillæ* radix, a ZEVIANI (a) contempta, GLISSONIO (b) tamen utilis viſa, quantæ interdum in domanda rachitidis malignitate ſit energiæ, variorum docemur obſervatis. LEPROTTI Pontificius Archiater, teſte BENEVOLI (c), in leviori rachitidis gradu ſolum ſarſæ decoctum præbuit cum felici ſemper ſucceſſu. Vidit etiam BENEVOLI duos puſiones ab occipiente rachitide ſolo hoc decocto liberatos; & in graviſſimis minaciſſimi morbi ſymptomatibus, copioſo diuturnoque entis veneris (d) uſui non cedentibus, ubi primum decoctum ſarſaparillæ uſurpari cœptum, omnia in melius abiiſſe, quod ſequentes comprobant hiſtoriæ. Quatuor illuſtris fami-

(a) l. c. Cap. 4. §. 138. p. 115. ſq.
(b) l. c. Cap. 31. p. m. 368.
(c) l. c. Oſſerv. 39. p. 242.
(d) Vide § 40. a).

miliæ filiis 2° vitæ anno rachitide ſublatis (a), 5° quoque cum circa 11um ætatis menſem jam perinde carpi ac genua eſſent nodoſa, tumeretque venter debili toto corpore cum pallore, plumbeo adnatæ colore, anaſarca, dyſpnœa & moleſta tuſſi, poſt fruſtra omnem impenſam in eo ſervando operam, tandem ſuaſu medici Genevenſis cœpit Auctor præbere quotidie m. & v. entis veneris BOYLEANI gr. j., & poſt aliquot hebdomades granum $1\frac{1}{2}$, donec exacto bimeſtri medicamentum (cujus uſus monente Genevenſi medico identidem erat interrumpendus) ſepoſuiſſet ad tempus. Verum poſt 8 vel 10 ab hinc dies morbus ingraveſcebat coorta diarrhœa ſæpe cruenta, 15 aut 20 dejectiones per diem cauſante, cum febre, lotio parco, totiuſque corporis macie. Reditum ergo ad ens veneris, ſimulque contra anaſarca mars (ut ut uni ante mortuorum in caſſum datus) præſcriptus, ita ut quovis mane præberentur croci martis aperitivi gr. iv. veſperi autem entis veneris gr. iij. Sed oborta brevi poſt narium hæmorrhagia, eaque veſpere quodam profuſa cum inſigni faciei inflammatione ac vehementi delirio, ulteriorem croci martis uſum prohibuit, ſuffectis ei leniſſimis gratiſque juſculis diureticis. Diarrhœa oppu-

(a) l. c. Obſerv. 38. p. 228.

pugnabatur enematibus e decocto turionum (bottoni) roſarum rubrarum in aqua ferrata, vel e ſola hac aqua cum ovo in ea ſoluto. Cumque conſtanter obſervaretur dyſpnœa eo fieri lenior, quo minus cibi caperet æger, omne ejus nutrimentum reductum ad tria parciſſima jura per diem ex pane, adjecto pro re nata ovo. Per hyemem amiciebatur induſio ex Anglica fronella. Ceterum uſque adeo fuit debilis, vix ut breviſſimo tempore lectum deſerere quiverit, idque ad 19um uſque ætatis menſem. Ab hinc uſque ad ætatem biennio paulo majorem ſub hac therapia ſymptomata jam leniora jam intenſiora experiebatur, ſolo hydrope anaſarca eatenus emendato, ut crurum tantum ſupereſſet oedema, ceteris artubus ſumme emaciatis. Exactis ita ultra biennium aliquot menſibus repente omnia intra paucos dies in deterius labebantur. Præter maciem ac diarrhœam gingivæ cum nigrore putridæ factæ, paſſimque lividæ in corpore maculæ emerſere cum debilitate propemodum letali. Idcirco dari quotidie in 40 dies cœptum decoctum ſarſaparillæ, ex ejus ſcrup. iv primum, dein dr. ij in aquæ unc xvj incoctis ad remanentiam unc. vj, adjectis aliquot foliis cochleariæ ac yvæ arteticæ, datumque ſimul ſine ulla in poſterum intermiſſione ens. veneris m. & v. ad gr. ij. Non dum lapſis 8 aut 10 diebus manifeſta jam cernebatur univerſi

verſi morbi emendatio. Tum vero ſcorbuti ac maciei ergo (ubi primum per febrem ac diarrhœam licuit) lac una muliebre in 4 menſes datum, principio m. & v. ad unc. ij præter conſueta jura; cumque evidenter prodeſſet, miſſis deinceps juſculis purum lac mane ad unc. v, veſperi paulo minus, aliquot ſemper ante cibum horis, conceſſum. Finiente 3° ætatis anno tumor carporum, genuum & abdominis in totum ſubſedit, deſiit dyſpnœa, tuſſis, febris, diarrhœa, oedema, ceteraque ſymptomata, ſola ſuperſtite debilitate, modicum inceſſum ægre concedente; ſed ſub aſſiduo entis veneris uſu (a quo non ante ceſſatum, quam æger ſanus omnino, vivax, euſarcos robuſtuſque evaſit) vires mirifice rediere. Porro (a) duarum hujuſce pueri ſororum graviſſime rachiticarum ſeniori graviora diuturnioraque ſymptomata acciderant. Initio Februarii nata primis vitæ menſibus tam ſano erat corporis habitu, ut rachitica futura non crederetur. At vix anniculæ factæ pallor obortus, dyſpnœa, ventris tumor, carpi, genua, malleoli protuberare, ſternum elevari, ſpinâ dorſi cum claviculis inſolenter curvari, caputque grandeſcere. Deinceps ſcorbutus ac-

(a) Ibidem Obſerv. 39. p. 235.

acceſſit, hydrops anaſarca, diarrhœa ſæpe cruenta, urina parca, tuſſiſque ſuffocationem ſemper minitans. Unde ſumma cum carnium tum virium exhauſtio; bienniumque ſic afflicta morti proxima ſæpenumero reddebatur. Fratris igitur exemplo mox initio datum ens veneris, tum decoctum ſarſæ cum cochlearia & yva arthetica, & quoties per febrem ac diarrhœam licuit, lac etiam. Ens veneris ad 30 menſes (demptis paucis diebus a medicamento hoc per vices vacuis) præbebatur; ſarſæ vero decoctum intra hoc tempus quartam uſque ad vicem iteratum, vario ambo effectu, niſi quod vitam ſervarint: unde mater, ut decoctum ſarſæ quintum etiam daretur, præter lac & ens veneris, adurſit. Et vero paucis poſt diebus febris deſiit; tuſſis ac dyſpnœa mitior facta. Ab hinc melior corpori redibat color, venter ſubſidebat, & in dies in melius proficienti non multo poſt ſpinæ quoque tortuoſitas & clavicularum curvitas emendabatur, ſubſidentibus pariter ſterno, capitis mole, & articulorum nodis. Unde puella pedibus primum inſiſtere, tum etiam incedere cœpit; donec morbus ita ſenſim evanuit, ut nec veſtigium ſupereſſet. Cumque intra 18 ab hinc menſes puella ter quaterve rurſus palleſcere ac languere cœpiſſet, dato ſemper iterum in 2 vel 3 menſes ente veneris tandem ad integerrimam perducta eſt ſanitatem. Interea

terea (a) ferociente adhuc ejus morbo naſcitur alia ſoror, cui circiter 6° vitæ menſe prophylactice dabatur quotidie entis veneris gr. j ſem. doſiſque creſcente ætate augebatur. Nihilo tamen ſecius exeunte 1° ætatis anno impalluit cum dyſpnœa, carpique ac genua inflabantur: idcirco enti veneris additum decoctum ſarſæ methodo ante dicta. Cumque morbus medicamentis reſiſteret, decoctum ſpatio 18 menſium ſub uſu entis veneris quater iteratum, ſæpeque lac etiam in uſum ductum. Quo factum, ut ægram hanc prius quam fratrem ſororemque rachitis reliquerit. Denique & in alius ſtirpis puella (b) poſt duos fratres rachitide ſublatos 20° vitæ menſe ſymptomata rachitidis emicuere, ſcilicet color faciei perfuſcus, debilitas, dyſpnœa, tuſſis, oſſis frontis protuberantia. Sed ad uſum entis veneris ultra biennium cum decocto ſarſæ ac lacte circiter per 40 dies exhibitis omnia ſymptomata ita evanuere, ut bimula facta jam per omnia ſana vixerit.

§. 40.

(a) Ibidem p. 239.
(b) Ibidem p. 240.

§. 40.

4. *Mars* denique a tonica ſuâ virtute notiſſimus hic principem fere locum habet. Nemini ignotum eſt, quid ad infarcta abdominis viſcera reſeranda valeat, & lienes CELSO (a) teſte in animalibus aqua ferrata fabrorum potatis cum inventi fuerint parvi, cur non & jecur ingens rachiticorum inde minui poſſit? Porro cum ferrum ab acidis tam facile ſolvatur, illaque in corpore abſorbeat, utique ad acorem rachiticum ſimul abſorbendum pulcherrime valebit. Haud abs re igitur

a) *Ens veneris* BOYLEANUM olim pro ſpecifico in rachitide habebatur; quippe quo, ut R. BOYLE (b) refert „ ultra 100 „ infantes malo hoc ad conditionem uſque „ deſperatam laborantes ſanati . . . fuiſſent „. Doſis erat ad gr. ij. iij ex aqua pura vel cereviſia tenui vel alio apto vehiculo; a quo nullæ in corpore turbæ ſequebantur, ut ut „in „ quibuſdam tamen corporibus abſque periculo „ ad 20 vel 30 (grana) „ potuerit præberi: neque alius inde quam per ſudores & partim per urinas manifeſtus effectus oriebatur. Crevit

(a) L. 4. C. 9.

(b) Conſider. circa utilit. philoſ. nat. exper. Exercit. 5. Cap. 6. p. m. 234.

vit ſenſim ab efficacia in dies magis vulgata remedii fama, ut alio in loco meminit BOYLE (a) in hæc verba: „quamvis autem varia „ ſæpe atque diverſa admodum ſymptomata „ puerorum illum morbum, quem in Anglia „ rachitidem (*Rickets*) dicimus, comitentur, „ quo plures Londini ſingulis ſeptimanis ex- „ ſtinguuntur; medicamentum tamen illud, „ quod alibi *ens primum veneris* voco, fa- „ ctum ex valide calcinato beneque dulcorato „ vitrioli Dantiſcani colcothare, elevatumque „ ope ſalis ammoniaci in ſubrubeum ſublima- „ tum felici hactenus ſucceſſu . . . admini- „ ſtratum eſt, ut & ipſe ſororque mea, cui „ illud communicaveram, atque alii, qui meo „ hortatu illud ſumpſerunt aliiſve dederunt, „ ducentos & plures hujus unius remedii ope „ abſque topica ulla fere applicatione ſani- „ tati reſtituerimus „. Male autem huic remedio entis veneris nomen ab auctore fuiſſe inditum, aptiuſque ens martis vocandum fuiſſe SWIETENIUS (b) oſtendit, quandoquidem BOYLE illud non ex cupri ſed ferri vitriolo para-

(a) Paræneſis ad uſum ſimplicium medicamentor. §. 7. Nro 3. p. m 57.
(b) l. c. ad §. 1489.

paravit, ut deſcripta parandi illud ab auctore methodus clare oſtendit, nempe (a) jubet vitriolum Dantiſcanum Hungaricumve aut Goſlarienſe (quæ martialia ſunt) calcinari ad rufum uſque vel purpureum colorem (quem ferri tantum vitriolum contrahit), calcemque affuſione aquæ calidæ ab omni ſalſedine, quantum fieri poteſt, liberari, ut ſola ſuperſit pars metallica; quæ dein ſiccata cum anatica parte ſalis ammoniaci puri optime contuſa, inditaque retortæ vitreæ igne arenæ per gradus aucto ſublimatur per 10 aut 12 horas: abhinc vero ignis augetur, donec retortæ fundus igneo colore rubeſcat. Quod ſublimatione obtentum eſt, colore vel rubicundo ſit vel ſaturate flavo oportet; ſi enim pallida ſit flavedo, ſignum eſt, ingredientia non fuiſſe ſibi intime miſta: proinde ſublimatum cum capite mortuo exactius miſtum denuo ſublimare oportebit. Si hæc phænomena omnia cum iis comparentur, quæ in præparatione florum ſalis ammoniaci martialium ſenſibus uſurpantur, ſatis liquebit, ambo hæc præparata eſſe ejuſdem indolis, præſertim cum ens veneris ad gr. 20 vel 30 etiim pro doſi innoxie dari poſſit, qua

(a) Conſiderat. circa util. philoſ. natur. exper. l. c. p. 233.

qua doſi præparata cupri nunquam ſine periculo præbentur. Unde ens veneris ex ſale alcalino volatili & ferro conflatum non poteſt adverſus rachitidem non eſſe efficax, cum & tonicum ſit & tam ob ſal alcalinum volatile quam ob ferrum etiam antacidum. BENEVOLI (a) meminit puellæ, cujus ſoror duoque fratres rachitide laborarunt, quæ cum 5° vitæ menſe complete cœpiſſet ente veneris uti, inque ejus uſu non interrupto ultra biennium pergeret, nullum nacta eſt rachitidis indicium. Nec minori cum utilitate hoc remedium in præſente jam rachitide pluribus aliis infantibus fuiſſe datum ſuperius (b) vidimus. H. BOERHAAVIUS (c) illud huncce in modum præberi vult:

℞. Entis veneris BOYLEI gr. ij.

Exhibe veſperi ex vino Canarienſi quotidie per 3 ſeptimanas. ZEVIANI (d) vero „commodius reperit, illud præberi ſub pulticula „occultatum; neque curavit unquam, veſperi „an mane ſumeretur; effectus quippe idem

(a) l. c. p. 241.
(b) Vide §. 39.
(c) Mater. med. ad §. 1489.
(d) l. c. Cap. 4. §. 150. p. 129.

„ prorſus erat cum hac tum illa ratione dicta „ aſſumpti „. Obſervavit (a) autem remedium hoc efficaciſſimum evadere in conſortio cum rheo, adeo ut in deſperatis quoque caſibus ipſum non deſtituerit. Nec vidit hactenus rachitidem adeo provectam ac vehementem, quæ non citius ſerius ad iteratum horum duorum remediorum uſum denique ceſſiſſet. Et quidem (b) duplici ratione ſolitus eſt bina hæc remedia exhibere. Prima ita habet: præbet per 15 dies continenter quotidie entis veneris gr. v, aut plus minus, pro varia vel morbi vi vel ætate, interponendo tamen 4° quovis die æqualem rhei doſin. Lapſis aliis 15 diebus ſine medicatione, dein reſumitur eadem therapia, atque poſt alios 15 dies ab hac finita vacuos tertium quoque inſtituitur. Tres hæ doſes ſufficere ſolent ad abſolvendam rachitidis mitioris curationem. Sin vero illa fuerit gravior, 4^am^ quoque aut 5^am^ imo ulteriorem etiam expoſcit doſin. Altera porro methodus conſiſtit in exhibitione entis veneris cum rheo uniti, ita ut entis veneris ad rheum ſit dupla triplave quantitas, modo exhibendi manente, ut in præcedenti. Priorem quoque imitatus eſt methodum F.

Z A-

(a) Ibidem §. 146. p. 125. ſq.
(b) Ibid. §. 149. p. 128. ſq.

ZANETTI (a), niſi quod adjectis aliis paucis eam fecit prolixiorem, qua plurimos rachiticos ab ſe fuiſſe curatos perhibet. Complectitur autem ſequentia: 1° Rheo vel ejus ſyrupo, quandoque etiam ypecacuanha primarum viarum ſordes ejicit. 2° Alterans decoctum in 3 hebdomadas, quotidie ad cochl. iij. iv. præbet;

℞. Herb. rutæ murar.
Cort. aurant.
Rad. oſmund. reg. aa unc. j.
— curcumæ unc. ſem. Inciſ. coqu. in
Vini alb. generoſi &
Aquæ font. aa lib. j. Colat. expr. adde
Croci martis aperit. nodulo incluſi cum
Pulver. rhei elect. aa dr. ij.
Sacch. alb. q. ſ.

Lapſo hoc tempore ſuffecit decocto 3°) Ens veneris BOYLEI quotidie ad gr. iv. v. (aut plus minus pro varia morbi vi atque ætate) cum panatella per 15 dies, intercalato tamen

(a) Nov. act. nat. cur. Tom. 6. Obſ. 8.

4° quovis die ad purgandum rheo. Dein per 14 dies feriatum ab internis remediis; ab hinc vero ens veneris denuo eadem doſi ac tempore, cum intercalato rheo, præbuit, ſubjuncta iterum 14 dierum quiete. Sicque tertium, quartum, aut ſæpius etiam entis veneris uſus reſumptus, donec ægri corpus manifeſtum inde robur conſequeretur. 4°) Embrocationes coxarum crurumque toto morbi tempore ope ſequentis linimenti omni veſpera inſtitutæ:

℞. Rad. oſmund. reg. minut. inciſæ
Fol. ſalviæ
— Roſmar. aa unc. j. Coqu. cum
Vini alb. generoſ. lib. jv. ad conſumpt. $\frac{1}{3}$. Colat. expreſſæ adde
Olei lumbr. terr. ſeſquilibram. Coque

denuo ad $\frac{1}{3}$ remanentiam. Partes illitæ leviter fricentur, pannoque dein laneo ſubtili involvantur, ac infans demum faſciis illigatus lectulo inferatur, ſuppoſito vertebris infirmis duriuſculo potius pulvinari. His proba addi jubet nutrimenta. Hæc de ente veneris BOYLEI, cui pari cum efficacia ſurrogari poſſunt vulgari modo parati Flores ſalis ammoniaci martiales, vel etiam

b) *Tin-*

b) *Tinctura vitrioli martis aurea* BOERHAAVII (a), de qua SWIETENIUS (b) „ cum (inquit) . . . junioribus ſæpe difficul- „ ter ingeri poſſint remedia, uſus fui non „ ſemel tinctura vitrioli martis aurea, cujus „ paucæ guttulæ vino Hiſpanico exceptæ, je- „ juno datæ inſtaurant & vires excitant. Pa- „ ratur ex vitriolo martis in crucibulo ad cal- „ cem coloris purpurei rubri uſto, quæ calx „ digeritur menſis ſpatio in phiala alta che- „ mica cum copia vigecupla optimi ſpiritus „ ſalis marini dulci . . . ſed ſpiritus ſalis „ marini nunquam totam hanc calcem ſoluit, „ licet ſæpius affundatur novus: unde ex cal- „ ce rubra vitrioli martis partem ſolvendam „ tantum elicit. . . . Pane biſcocto, cerevi- „ ſia meraca generoſa, nec acida nec ine- „ briante, numeroſos rachiticos me curaſſe læ- „ tus recordor, dum hujus tincturæ quando- „ que tantum 3 vel 4 guttulas darem ſemel vel „ bis de die in adultioribus „. Hujus autem tincturæ, non uſque adeo uſitatæ, in locum aliæ tincturæ martiales eodem cum ſucceſſu dari poſſunt, laudaturque in primis tinctura martis LUDOVICIANA, familiaris olim J.

(a) Chem. T. 2. Proceſſ. 166.
(b) l. c.

STORCHIO (a), quam vel ſolam vel cum tinctura rhei aut propr. MYNSICHTI remixtam præbere fuit ſolitus. Huic maxime analoga (imo una eademque fere) eſt tinctura martis ZWELFERI (b), cujus uſu R. LENTILII (c) ſeſquiennis puer convaluit, deformis ante curvis artubus, carpis tarſisque tuberoſis, prægrandi capite, pectore anguſto, ſterno ſpinaque exſtantibus, multæ eſcæ, & tamen macilentus, verbo per omnia rachiticus, niſi quod venter non admodum tumeret Datus itaque in 14 dies quotidie ante meridiem pulvis ſequens ad 2 cultri cuſpides:

℞. Specif. antiatroph. dr. ij.
Æthiop. miner. dr. j.
Olei cinnam. gtt. ij. M.

A meridie tincturæ vitrioli martis ZWELF. gutt vj ad viij. Ter in die illitum pectori ac ſpinæ ungv. cardiacum. Die 15° datum purgans:

℞. Syr. cichor. c. rheo
— roſar. ſolut. aa unc. j.
Pulv.

(a) Von Kinderkrankh. l. c. p. 303. ſq.
(b) Mantiſſ. ſpagyr. P. 1. C. 3. fol. 337.
(c) Eteodr. med. pract. p. 167. 230. 260. 450. 464.

Pulv. jalapp. non reſin. ſcrup. j.
Aquæ acaciæ parum. D.

Die 14° melius ſpirabat, ventre tumido quidem adhuc, at minus tenſo. Idcirco poſt catharſin repetita tota curatio uſque ad convaleſcentiam, niſi quod pulvis parumper mutatus ſit, nempe

℞. Specif. antiatroph. dr. ij.
Æthiop. miner. dr. j.
Sem. naſturt. gr. xv.
Mercurii dulcis gr. x.
Elœoſacch. ſaſſafr. ſcrup. ij. M.

Et de tinctura vitrioli martis gtt. x noctu datæ. Tandem in fine ad robur artuum intendendum juſſus eſt lavacro uti aquarum cervinarum, atque ſic intra 12 hebdomades prorſus convaluit.

c) *Mars aromatiſatus* etiam ſe ſe SWIETENIO (a) probaverat, qui „quan„ doque hydromelli cortices cinnamomi infun„ di curavit cum parca quantitate limaturæ fer„ ri, & bis de die cochlear dedit, augendo quan„ titatem in adultioribus„. Ejuſdem commatis eſt vinum apud BOERHAAVIUM (b);

(a) l. c.
(b) Mater. med. ad §. 1489.

℞. Fol. & flor. betonicæ unc. iij.
Cort. rad. rubi ſilveſtr.
— — capparidis
— — tamariſci
Trichomanis aa unc. ij.
Limat. mart. unc. ſem. cum
Vini lib. viij. frigide infuſa S. ter
de die ad unc. j.

(d) *Mars catharticus* denique ſeu mars rheo nuptus C. STRACKIO (a), utique ad imitationem ZEVIANII (b), primis ſe intendentibus rachitidis indiciis, hunc in modum in uſu eſt:

℞. Limat. mart. in pulv. tritæ
Pulv. rhei aa gr v.
Sacch. alb. gr. x. M. F. Pulv.

D. talis m. & v. jejunis. Si alvus inde (ut non raro fit) cietur, veſpertina doſis omittenda, quoad ſtercus figurari occeperit; tum vero m. ac v. dandum remedium. „ Poſt menſem „ magna fames, perfecta ciborum digeſtio eſt; „ ſequitur largum tenuis urinæ profluvium, „ quod rotundum vultus tumorem & tumidam „ cor-

(a) l. c. p. 163.
(b) Vide præced. a).

„ corporis molem atque torporem demit. De-
„ inde citreus genarum & lacteus cutis color
„ deletur, totumque corpus, quod ante quaſi
„ paſtaceum erat, nunc firmas carnes recipit.
„ Poſt tertium menſem genæ atque labia belle
„ rubent. Atque ſic expleto 4° menſe ab-
„ ſoluta curatio eſt, puerque tutus manet.
„ Talis curatio, dum modo eo tempore ad
„ me ventum eſt, nunquam fefellit me, ne-
„ que etiam juxta infantes, qui progeniti a
„ gibberoſis parentibus erant. Et poterit
„ unusquiſque puerum tutum præſtare, modo
„ attendat, quo tempore facies impalleſcat,
„ & malæ inflaveſcere incipiant „.

e) *Aquæ martiales.* ROSENSTEIN (a) Spadanas conſulit, aut quæ his ſimiles hodie arte parantur: & ſi ne harum quidem ſit copia, jubet globulum martialem in aquam communem indi, donec ab ipſo colorem infuſi Theæ nanciſcatur, hujuſque ſelibram quotidie antemeridiano tempore potui dari præcipit.

§. 41.

(a) l. c. p. m. 404. ſq.

§. 41.

5. *Peruvianus* cortex ut ut abundante adhuc acrimonia rachitica in ABILDGAARDII (a) puero haud magnopere eidem profuerit; ubi tamen iſthæc ſemel pro eo, ac par eſt, fuerit cicurata, non poteſt non egregie prodeſſe, ſi ex ROSENSTEINII (b) conſilio quotidie in pulvere ad gr. 20. 30. 40. præbeatur, aut ejuſdem ſal eſſentialis in uſum ducatur. „ Ego (inquit auctor hic) præbui „ infanti non mediocriter rachitico quotidie „ illius gr. x in pilulis per 9 menſes, omni„ que mane ac veſpere fortes imperavi fri„ ctiones pannis laneis fumo maſtichis imbu„ tis, curando inſuper, ut fere quotidie cur„ riculo per conclave circumvehatur. Ab „ his infans ambulare occepit, nec quicquam „ deinceps e priſtino ſuo morbo eſt exper„ tus „.

§. 42.

6. *Glandium* decoctum cum jam in pluribus aliis ab atonia morbis perefficax ſe ſe ex-

(a) Vide §. 34. Nro I. a).
(b) l. c. p. m. 403.

exhibuiſſet, in rachitica quoque laxitate emendanda tentatum ſpem non fefellit. S. H. A. KAISERI (a) puella 4 annorum, jam inde a partu ſemper imbecilla, ventricoſa cum umbilico herniam minante, facie inflata, plumbea oculorum adnata, artubus omni pene carne exutis, carpis ac malleolis admodum protuberantibus, rariſſimis capillis iiſque etiam bifidis, pulſu molli debili, cute laxa ſordida, urina cruda aquoſa, veſperi ſemper cum ſiti febriens, noctu ſudans, pedibus quidem inſiſtens, at ſine duce incedere nequiens, aſſiduo fere ulnis geſtanda, pro alimento ſiccum panem unice deperibat. Primum itaque corpus in tepido hydrogalæ balneo ab ſordibus ablutum; induſia ſedulo mutata, probaque imperata diæta, & potui ſolum glandium uſtulatarum decoctum cum lacte ac ſaccharo conceſſum. Mox initio curationis data eccoprotica mucum copioſum evexere, quo procedente horum quoque uſus continuatus. Sub noctem quotidie totum corpus aqua frigida ope ſpongiæ ablutum, ſiccoque dein panno perfrictum; mane vero articulorum nodi pannis laneis perfri-

---

(a) Fortſetzung des Unterrichtes von dem Nutzen und beſonderer Heilungskraft der Eicheln ꝛ Krankengeſch. p. 44. ſqq.

fricti. Poſt horum octidui uſum cathartica omiſſa, foliuſque decocti uſus continuatus, a quo alvus evaſit naturalis, ſudores nocturni ſenſim minuebantur, venterque molleſcens ſubſidebat. Poſt 4 ſeptimanas 3 lumbricos egeſſit. Data tinctura ſtomachica digeſtionem promovit. Spatio 10 hebdomadum puella prorſus convaluit recuperato cum carnibus inceſſu, a quo & robur crevit, præſertim ubi appetente vere ſæpius in aprico ſole ambulare ſedereque juſſa eſt.

SECTIO II.

CHIRURGIA.

CAPUT I.

SANGUINIS MISSIO.

§. 43.

1. SANGUINIS *miſſio* in curanda rachitide vario fine variaque methodo olim adhibebatur, ſed nullo manifeſto ſucceſſu; cum immi-

nutus

nutus ſeu in toto ſanguis vires plus proſternat, ſeu in una aliqua tantum modo parte nil levaminis afferat. Hinc de phlebotomia GLISSONIUS (a) „venæ ſectionem vires „ non tolerant (inquit), ut cuivis facile in- „ noteſcit, qui ad ætatis fragilitatem, habi- „ tus partium extenuationem venarumque „ gracilitatem attendere velit „. Haud ſecius A. BOOTIO (b) inutilis viſa eſt ſanguinis miſſio in rachitide „niſi morbo lon- „ gius progreſſo ac capite jam nimium aucto, „ quando ſanguiſugæ venis poſt aures atque „ in fronte & temporibus utiliter admoven- „ tur, multumque ad univerſam curationem „ conducunt: ideoque ſi res ita ferat, 2° ac „ 3° uſurpandæ ſunt „. Sed ne hujus quidem temporis ulla eſt ratio, quæ demi ſanguinem expoſcat; videtur multo potius Auctor empyricam quorumdam Anglorum praxin facere velle rationalem. Hiſce enim in more fuit auricularum concham ſcarificare, ſanguinemque inde lana collectum hypochondriis (neſcio ob quam occultam ſympathian) applicare, dextro e concha læva, e dextra ſiniſtro: unde etiam GLISSONIUS (c) „ ridiculum „ quid

(a) l. c. Cap. 29. p. 339.
(b) l. c. p. m. 34.
(c) l. c. p. 343.

„ quid (ait) & ſuperſtitioſum ſapit, quod „ aliqui in hujus ſcarificationis adminiſtratione „ factitant, dum dextræ auris ſanguinem lana „ exceptum ſiniſtro hypochondrio, ſiniſtræ „ dextro alligant „ ut ut ipſam ſcarificationem non improbet, imo utilem declaret (a) ad p. n. capitis molem minuendam. Haud multum tamen inde ſperavit ZEVIANI (b), & ſiqua forte ſanguinem e capitis vaſis eliciendi res poſceret, unam fore credidit hydrocephali præventionem; pro qua tamen magis e re futuram cenſuit profundam venarum occipitalium ſcarificationem, ut quæ cum lateralibus duræ matris ſinubus communicent. Empyricam autem illam aurium ſcarificationem non in Anglia modo verum in Sileſia quoque viguiſſe teſtantur cum J. STORCH (c) tum Annales Vratislavienſium (d), ſed ſola cum impoſtura & ſine ullo evidenti morbi levamine; nam „ quantum novi, inquit „ SWIETEN (e), hodie illa ſcarificatio aurium penitus eviluit, nec illam unquam „ ten-

(a) Ibidem p. 342.

(b) l. c. Cap. 4. §. 129 p. 110. ſq.

(c) Von Kinderkrankh. l. c. p. 308.

(d) Tent. 4. A 1718. April Cl. 2. art. 4. §. 4. p. 926.

(e) l. c. ad §. 1489.

„ tentatam vidi „. Hodie vero in rachitide a venæ ſectione prorſus abſtinemus, uti & ab omni alia ſanguinis miſſione.

CAPUT II.

ENEMATA, TOPICA.

§. 44.

2. Enemata vero cum pro variis hujuſce morbi ſymptomatibus epigenomenis auferendis utilia eſſe queant, tum ad ipſam etiam rachitidem exſtirpandam efficacia eſſe, ſi tonico-ſolventia fuerint, J. KAEMPF (a) expertus eſt, præ primis in quinquenni puero puellaque ſeptenni, ex rachitide gibboſis, curvis cruribus, & atrophicis; queis cum p. n. oſſium curvitatem nullæ machinæ adhibitæ emendare poſſent, tandem enematum viſceralium uſu nativam artuum conformationem ſunt conſecuti.

§. 45.

(a) Abhandlung von einer neuen Methode die hartnäckigſten Krankheiten, die ihren Sitz im Unterleibe haben, ſicher und gründlich zu heilen. Obſ. 57. p. 482.

§. 45.

3. TOPICA externa, ut ſuffitus, linimenta, aliave id genus vario fine varioque ſucceſſu in rachitide tentata ſunt.

a) *Litus* duplici plerumque ſcopo adhibentur, nimirum vel ſtimulante ac febrem excitante vel roborante. Quantum ad priorem, doctus quidam vir DUNCANO (a) retulit, incolas inſularum occidentalium Scotiæ rachitidi mederi per febrem ſequenti artificio excitatam: oleo ex jecore piſcis Scate dicti primum carpi ac malleoli veſperi fricantur, quod ocyus febrem aliquot horarum excitat. Altero veſpere, ubi prior febris deſiit, idem fit, ac deinceps omni veſpere, quam diu frictio febrem movet. Ubi vero ſolam carporum ac malleolorum frictionem nulla amplius febris excipit, tunc præter has partes etiam genua cubitique fricantur, ſicque plurium jam partium frictio rurſus febrem accendit, idemque labor quavis iterum veſpera repetitur, quousque febrem creat: quæ ſi non amplius emicuerit, tunc una ſimul cum hactenus perfrictis partibus etiam ver-

(a) Medic. Comment. von einer Geſellſchaft der Aerzte zu Edinburg, 6 Th. I St. 3 Abſchn. p. 105. ſqq.

vertebræ ac latera quotidie fricantur tam diu, donec nulla amplius inde oboriatur febris. Tum vero induſium ex fronella eidem oleo intinctum & ab ægro indutum vehementiorem, quam unquam hactenus, febrim producit, hocque remedium continuatur ad plenam usque conſanationem, intra breve plerumque tempus ſubſequentem. Ceterum vero tonici litus e variis roborantibus remediis conflari poſſunt, queis venter, ſpina dorſi & artus calide perfricentur. Cujusmodi eſt, quem SYDENHAM (a) deſcribit:

℞. Fol. abſinth. vulg.
— calamint. vulg.
— card. ben.
— centaur. min.
— chamæm.
— chamædrios
— hyperic.
— lil. convall.
— marrub. alb.
— menthæ
— parthen.
— pulegii

(a) Proceſſ. integr. tit. de rachit. Opp. T. I. p. m. 521.

Flor. rutæ
— ſalviæ
— ſaxifrag. pratenſ.
— ſcordii
— ſerpilli
— tanacet.
— virg. aureæ omnium recent. collector. & inciſor. aa M. ij
Axung. porc. libr. j.
Sevi ovill. &
Vini clareti aa libr. ij.

Macerentur in olla fictili ſuper cineres calidos per horas 12, deinde ebulliant ad humiditatis conſumptionem; poſtea colentur, ut F. linimentum, quo venter & hypochondria illiniantur mane & ſero, ut etiam & artus hoc malo affecti, per 30 vel 40 dies, vel donec convaluerit. Proſtat & aliud ejusdem Auctoris (a) linimentum, cui Anglos multum in rachitide tribuere ait J. STORCH (b):

℞. Olei tamariſci
— lilior. aa unc. ij.

Succ.

(a) Sect. I. Cap. 5. p. m. 59.
(b) l. c. p. 304.

Succ. rad. bryoniæ
— — apii aa unc. j. Bulliant ad ſuccor. conſumpt. Addendo
Ung. de althæa
Butyr. inſulſi aa unc. j
Gumm. ammoniac. in aceto ſoluti unc. ſem.
Ceræ flav. q. ſ. F. Liniment.

„ Sane quam plurimi infantes etiam vera ra-
„ chitide laborantes hac methodo a me (in-
„ quit auctor) liberati fuerunt „. Et vero
F. HOFFMANNUS (a) „ ſi quid . . . mea
„ ipſius (inquit) experientia commendatio-
„ nem meretur, ſunt profecto balnea aquæ
„ dulcis cum herbis nervinis majoranæ, flor.
„ lavend. chamomill. roſmar. ſerpill. meliſſ.
„ &c. decoctæ, quibus ſi laborantes crebrius
„ immittuntur, & poſtea linimenta nervina
„ ex axungiæ humanæ, olei nuciſtæ expreſſi
„ aa unc. ſem., balſ. Peruv. drach. j, olei
„ rutæ, lavend. caryophill. aa gutt. xxx
„ compoſita una cum frictionibus ſpinæ dor-
„ ſi & artuum adhibentur, ſæpe tam exopta-
„ tus ſequitur effectus, ut ego plures inde
„ viderim mirum ſublevatos, & tandem ce-
„ teris paribus ex voto reſtitutos „. Mi-

(a) l. c. curat. ſ. 3.

rum itaque eſt, cur H. BOERHAAVE (a), an linimenta? & quæ adhibenda? dubitarit; imo SWIETENIUS (b) prorſus illa rejecerit, quæ molliunt & lubricant; ac tametſi hujus modi litus a variis commendati nervina roborantia continerent, nihilo minus contendit „talia remedia minus prodeſſe, quam „creditur; parantur enim ex herbis recenti„bus, additur vinum, & poſt macerationem „pinguia illa debent ebullire ad humiditatis „conſumptionem, ſicque fragrantia ingredi„entium difflatur in auras„ (verum iſthæc de primo tantum illo SYDENHAMI linimento, non item de ceteris omnibus, valent): hiſce ergo mavult SWIETENIUS ſurrogari

b) *Suffitus*: „demonſtratum enim „fuit, multum boni exſpectandum eſſe a „frictionibus calidis ſiccis, pannis fumo a„romatum imbutis, quæ in primis abdomini „& ſpinæ dorſi applicantur„: modo non validæ ſint, ſed moderatæ. Hunc in finem habetur apud BOERHAAVIUM (c) ſequens ſuffumigium:

℞.

(a) Aphor. de cogn. & cur. morb. §. 1489.
(b) Ibidem.
(c) Mat. med. ad §. 1489.

℞. Benzoini
Maſtiches
Olibani
Succini
Thuris aa unc. j. M. F. Pulv.

De hoc Pulvere inſperſum parum prunæ fumet; ſuper hoc fumo panni lanei detenti fricandis partibus adhibentur.

CAPUT III.

BALNEA.

§. 46.

4. BALNEA, *lotiones* aridos artus humectantes, rachiticum acorem diluentes, & laxam fibram roborantes. Hæc

a) *Calida* ſi adhibentur, herbæ roborantes vel alia id genus incocta ſolutave in iis ſint, oportet, ut paulo ante ex HOFFMANNO (a) plurimum iis confiſo vidimus. Ejusdem quoque energiæ ſunt balnea thermarum alcalino ſale aut marte præditarum: hinc

 ther-

(a) Vide §. 45. a).

thermas Bathonienſes deprædicat J. MAYOW (a) „obſervatione frequenti expertus ſum „ (inquiens), quod ad abdominis intume„ ſcentiam, quæ in morbo hoc valde inſignis „ eſſe ſolet, tollendam thermarum prædicta„ rum uſus maxime conducat „. J. STORCH (b) tamen ad avertendam rachitidem vel occipientis jam progreſſum inhibendum ſuffeciſſe ſibi teſtatur balnea vel ſimplicis aquæ vel ex hydrogala vel ex decocto malvæ, ſaponariæ, chamomillæ, leviſtici, &c. Sic (c) trimulo infanti ſemper hactenus ex rachitide vel ſedenti vel jacenti, ubi corpus ante velut leproſum fuiſſet depuratum, extenuatio carnium accidit major. Idcirco poſt alvum cathartico mercuriali motam præbuit

℞. Eſſent. lign. ſaſſafr. drach. ij
Tincturæ antimonii drach. ſem. M.

S. m. & v. gutt. 7 vel 8. Tum ſimul imperavit balnea decocti emollientis cum lacte ſedulo adhibenda. Ab his infans emendatus verno tempore, poſt ſuperatas variolas, vires

(a) Tract. med. phyſ. quinto de rachit. p. m. 143.
(b) l c. p. 298.
(c) Obſ. clin. ann. 7. Febr. Cl. 3. p. 48.

res carnesque adeptus eſt. Plures id genus caſus hujus auctoris jam ſuperius (a) dedimus. Interea tamen alibi (b) ſub finem curationis roborantia balnea ſeu nativa (thermarum vel acidularum) ſeu arte facta (ex aromaticis plantis) conſulit, atque „in robo-„randis artubus & carne muſculari (inquit) „ ſoleo cunctis externis remediis præferre „ *infuſum radicis leviſtici cum ſpiritu fru-„ menti paratum*, quod ſemel qualibet heb-„ domade præter balneum adhiberi conſu-„ lo „. Omnibus tamen balneis palmam præripit balneum tepidum ſpecificum antirachiticum a FULVIO GHERLI (c) memoriæ proditum, nimirum e tepido decocto *ſideritidis* latifoliæ campeſtris ſeu ſtachidis annuæ. Ante hujus notitiam plurimum tribuebat radici oſmundæ regalis; verum deinceps montanis in locis medicinam faciens vidit ſæpenumero infantes ad ubera, interdum etiam paulo adultiores, jam hac jam alia in caſa deformes, macros, extenuatos, verbo rachiticos, ac non niſi capite & ventre (ranarum inſtar) conſpicuos; quos non multo inde poſt

(a) Vide §. 33. & §. 10. I. B. 5. b) γ. c,
(b) Von Kinderkrankh. l. c. p. 304.
(c) l. c. Cent. 2. Oſſerv. 99. p. 185. ſqq.

data opportunitate reviſens reperit non ſine ſtupore venuſtos obeſulosque: unde ruſticam hanc gentem percontatus, quonam remedii genere convaluiſſent, intellexit, unicam eſſe herbulam, cujus folius uſui ſalutem deberent, agreſtibus illis *l'erba della ſtrega* (herba ſagæ) vocitatam; oſtenſam vero in campis continuo agnovit eſſe ſideritidem latifoliam campeſtrem. Hanc coloni multam bullire faciebant in magno aquæ lebete, cujus in decoctum non niſi tepidum unica tantum modo vice a plantis pedum uſque ad verticem capitis immerſos ægros probe balnearunt: unde iſti intra 3 vel 4 dies cœperunt renutriri, ſanorum adipiſci colorem; ſicque demum brevi poſt prorſus ſani fiebant. Poſt complures alios ab hinc ſimiles caſus obſervatos GHERLI ipſe in omnibus ac numeroſis quidem ſibi oblatis rachiticis remedii periculum facere cœpit, ſemperque felici eventu, quin unquam eum fefelliſſet. Plurimis e caſibus paucorum tantum commeminit. Lactens centurionis filiola rachitica & pelle ac oſſibus tantum conſtans, multum deformis, ſpirantique cadaveri ſimilis, dicto balneo ad integram conſtantemque ſanitatem perducta eſt. Eodem in ſtatu puella alia tresque puelli fuere, qui omnes hoc balneo ex cadaveroſo ſtatu eluctati intra breviſſimum tempus evaſere venuſtiſſimi. Inde VALLISNERIUM Auctor de hoc

ſpe-

ſpecifico certiorem fecit. Reſcripſit ille, in montanis quoque ad Paduam locis herbam hanc, ruſticis *Orcheſſa* dictam, ab incolis adverſus rachitidem balnei forma proſpere adhiberi. Deinceps & alii duo medici id ipſum ab Auctore edocti remedium eodem cum ſucceſſu adhibuerunt. Monet vero GHERLI, eo eſſe balneum efficacius, quo ſaturatius fuerit, bulliendoque herbam coqui oportere, quoad inſipida ſeu fatua evaſerit, ac tantam illius copiam eſſe parandam, quæ ſufficiat ægro mergendo. Iſte enim probe lotus & a capite ipſo (quod perinde balneo lavandum eſt) ad pedes usque fotus, e balneo demum eductus, calidisque pannis probe reſiccatus calido lecto traditur, ac faſciis (cujus cujus ætatis puer ſit) illigatus uberibus admovetur, ut conquieſcat. Mirari ſubit, nuſpiam alibi extra Italiam hujus remedii, quod a quoquam fuiſſet in uſum vocatum, exſtare memoriam. Hujusne loci eſt obſervatio ZACUTI (a)? „ad puerum curandum „ vocati, in 5° ætatis anno conſtitutum, qui „ cum ab utero exiret cum ſummis pedibus „ adeo mollibus & flexibilibus, ut ceræ mo- „ do facile ſequerentur, quocunque torque- „ res, uſque ad eam ætatem factis pluribus „ au-

(a) Prax. med. admir. L. 3. Obſ. 127.

„ auxiliis conſaneſcere non poterat. Huic
„ . . . balneum artificiale roborans & exſic-
„ cans ſummo fuit auxilio; nam pedes firmi
„ ſunt facti & ad motum habiles:

℞. Betonicæ
Rutæ
Salviæ
Stœchad.
Roſmar.
Abſinth. aa M. j.
Balauſtior. unc iij
Myrtillor. unc. j
Sangu. dracon.
Boli Armen.
Acaciæ
Spodii
Roſarum
Gallar. aa unc. j
Meliſſæ
Ivæ arthrit. aa M. ſem.
Scoriæ ferri limati ſ. libr.
Alumin. pulveriſ. libr. iij
Salis libr. j
Sulphuris unc. ij
Hypociſtid. drachm ij
Cort. median. caſtanear.
—— arbor. glandium
Sumach
Terræ ſigill.

Fol.

Fol. pruni ſilv.
Rad. biſtort. aa drachm. iij
Maſtich. drach. ij
Sorbor. ſiccor. unc. j
Nuc. cupreſſi Nro jv.
Rad. chelidon. unc. ij.

„ Coque in ſufficiente vini ſtyptici quantita- „ te, quousque remaneant libr. jv. Cola, „ ſerva, & cum una libra decocti actu cali- „ di ſingulis noctibus pedes ablue, & tege „ linteo maſtiche & roremarino prius ſuffu- „ migato. Hujus præſidii ope recordor mul- „ tos perſanaſſe, qui in tenera ætate conſti- „ tuti præ humiditate & mollitie oſſium am- „ bulare non poterant, & ſi id facere tenta- „ bant, vacillantes in ſolum cadebant „.

b) *Frigida* quoque, utpote laxas carnes roborantia, ſcopo cum prophylactico tum therapeutico non nulli commendant. J. FLOYER a) erudite contendit, baptiſmum per immerſionem in aquam frigidam olim ſolennem fuiſſe adverſus rachitidem prophylacticum; verum non erudite minus quam ſolide a SWIETENIO (b) confutatur. Meliori autem fundamento nititur conſilium TISSO-

TI

(a) Pſychroluſiæ p. 50. ſqq.
(b) l. c. ad §. 1469.

TI (a) ſuadentis, ut infantes a primo fere tempore vitæ balneis frigidis cum frigido regimine ad rachitidem aliosque morbos prævertendos aſſuefiant; id quod etiam in Anglia factitari docet epiſtola ex Newcaſtle ad FLOYERUM (b) data. Ceteroquin autem frigidis balneis curatorium in ſcopum haud multum defert SWIETENIUS (c) „videtur „ (inquiens) morbus non adeo facile tolli hac „ methodo, & cura per tutiora cum optima „ ſpe tentari poſſe„: imo BRENDELIUS (d) vitæ quoque diſcrimen inde metuit; & plus alioquin etiam obeſſe, quam prodeſſe poſſe, ZEVIANI (e) exiſtimat hæc balnea, dum alternum eorum frigus cum calore aeris, hypocauſti, lecti, veſtium fibras magis relaxat ac teneras reddit, exemplo carnium animalium cæſorum, quas diuturno ante frigore duratas coctione dein molliores experimur. At iſtud exemplum nullatenus huc facit, utpote ad mortuas carnes pertinens, & extremum fere frigoris calorisque gradum ſupponens.

(a) Anleitung für den gemeinen Mann. §. 384. ſq.
(b) l. c. p. 123.
(c) l. c.
(d) l. c. §. 30.
(e) l. c. Cap. 4. §. 134. p. 115.

nens. Directa vero experimenta capta plus evincunt. Angli, inquit ROSENSTEIN (a), rachiticos infantes aquæ frigidæ balneis indunt, vel eam ope embroches adhibent. Utroque modo noſtri quoque homines, at rariſſime, utuntur. Femina quædam id genus balneis per tres conſequentes æſtates uſa prorſus convaluit. Ad noſtros ſoterios fontes ſimiles quoque curationes fiunt, qualis præſertim memorabilis fuit, quæ in Loka ope embroches inſtituta erat. Forte luti frigus ad curationem non parum contulit. Perinde J. D. METZGER (b) balnei frigidi in rachitide „ efficaciam . . . pluries expertus eſt, et- „ iam ubi ſpina ventoſa rachitidi ſupervene- „ rat in metacarpo nata „. Et apud J. J. FICKIUM (c) in rachitidem „ incidebant „ ſcorbuticis parentibus nati, cœptam 3° æ- „ tatis anno, frater quinquennis & ſoror an- „ no minor, ille gravius, hæc mitius. Spi- „ na dorſi inſtar literæ S inflexa eſt, oſſa „ artuum incurvata & prope genu contorta, „ quaſi luxata, pone articulos nodoſa cum „ eminentia quadam. Venter eſt prætumi-

„ dus

(a) l c. p. m. 399.

(b) Adverſ. med. P. 2. Spec. I. Sect. 3. §. 4 p. 106.

(c) Diſſ. de ſalubri frigido potu (4. Jenæ 1718. Reſp. M. M. HENTSCHEL) §. 23. p. 29.

„ dus & caput grande ; pectus autem & ar-
„ tus ſunt emaciati, ad motum impotentes,
„ & puer velut pedibus captus greſſus face-
„ re haud valet, & ut corpore ignavus, ita
„ animo triſtis. Spiritus grave olet juxta
„ ac ſudor. Appetitus plerumque nimius
„ facit eos voraces, afflictos inſuper fre-
„ quentius febri continua, purpura ſcorbuti-
„ ca & coryza. Diu in caſſum curati ſub
„ finem æſtatis præteritæ invitantur ad frigi-
„ dæ fontanæ egregie dulcis, ante Lober
„ portam profilientis, potum. Bibunt, pu-
„ ella mane & a meridie, puer vero ſaltem
„ mane ; balneatur eadem frigida in labro
„ poſt meridiem, obſervatis pro more con-
„ gruis reliquis. Finita elapſo menſe cura
„ capita & ventres detumeſcunt, modera-
„ tior eſt fames, expeditior corporis motus
„ & hilarior animus, ipſeque puer erigit ſe
„ ſæpius ſupra pedes, his licet ad inceſſum
„ uti nequeat „.

CAPUT

CAPUT IV.

ULCERA ARTE FACTA.

§. 47.

5. Ulcera *arte facta* in rachitidis curatione vario ſcopo tentata ſunt, & quidem

a) *Veſicantia* jam ad paralyticos paræticosve adulto in morbo muſculos excitandos, jam ad gravia ſupervenientis febris ſymptomata abigenda, jam ad humores a capite avocandos utilia non nullis viſa ſunt. Sed quantum ad paralyſin, dictum ſuperius (a) fuit, vix unquam veram in rachitide paralyſim naſci, motusque impotentiam potius ab amiſſa muſculorum toroſitate ac tono pendere, quæ per veſicantia reſtitui nequeunt, feliciusque aliis remediis revocantur. Neque etiam ad minuendam capitis molem quidquam poſſe experientia hactenus docuit: „quocirca, inquit GLISSONIUS (b), vix veſicatorii „applicationem in hoc morbo curando ad-

„ mit-

(a) Vide §. II. Nro I. B. c).
(b) l. c. Cap. 29. p. 348.

„ mittimus ; niſi acutus una complicetur „ morbus, qui ſui cauſa hoc remedii genus „ exigat „ quo in caſu utique non ſcopo rachitidis curandæ adhibentur; licet poſt ejusmodi morbum etiam citra veſicantia curatum, ut alias (a) vidimus, rachitis quoque ſubinde conſueuerit decedere. Hinc non tam veſicantibus quam acuto potius morbo tribuenda eſt rachitidis curatio, cujus GLISSONIUS (b) meminit: „ aliquis noſtrum teſtatur ſe „ bienni puello, qui hoc morbo affectus in „ febrim quoque acutam & malignam inciderat, quique jam prope phreneticus factus „ fuerat, præſcripſiſſe inter alia veſicatorium vertebris colli adhibendum. Manifeſtum hinc levamen puellus mox ſentire „ viſus eſt, & poſt aliquot dies a febre liberatus eſt. Poſtea bis vel ter infuſione „ rhabarbari, &c. purgatus, præter omnium „ exſpectationem fere absque aliis remediis „ hunc affectum quoque excuſſit „.

b) *Fonticuli* porro in unico fere hydrocephali rachitidi complicati caſu locum habent; niſi forte quis pertendat, pus in ulcere fonticuli natum atque in maſſam humorum reſorptum ad eorum acorem enervandum abo-

(a) Vide §. 27. c).
(b) l. c. p. 347.

abolendumque plurimum etiam facere: ad quod forſitan reſpexit GLISSONIUS (a) præſidio huic non parum tribuens: „fonticu-
„ lus (ait ille) in hoc affectu multum proba-
„ tur, atque hoc ſolo fere præſidio non nul-
„ los puellos liberatos fuiſſe novimus. Et-
„ enim . . . ſpecialiter hydrocephali potens
„ cum curativum tum præſervativum reme-
„ dium eſt, & ad enormem capitis magnitu-
„ dinem paulatim imminuendam, ejusque ſu-
„ perfluam ſeroſitatem evacuandam, tum in-
„ ordinatum oſſium augmentum reprimendum
„ multum conducit. Manifeſte quoque ni-
„ miam ſpinalis medullæ humiditatem exſic-
„ cat, calorem ſuſcitat, nervos roborat, eo-
„ rumque torporem excutit. Cum vero hoc
„ remedii genus per ſe ulcus quoddam ſit;
„ & non nihil doloris puello geſtanti infe-
„ rat, nutricique inſuper aliquid moleſtiæ in
„ dies creet: non id præſcribendum, niſi ea
„ morbi magnitudo ſit, ut eam aliis reme-
„ diis absque hoc ſatis domari poſſe vix
„ ſperemus. Excitandus eſt fonticulus in-
„ ter 2am & 3am colli vertebram,„ isque ferri potius acie, quam igne vel cauſtico remedio.

(a) Ibidem p. 343.

CAPUT V.

MACHINÆ.

§. 48.

6. MACHINÆ denique ad oſſa vitioſe curvata priſtinæ ſuæ figuræ reſtituenda a multis excogitatæ ægrisque aptatæ ſunt; videlicet

a) *Loricæ* ad ſpinam coſtasque vitioſe inflexas emendandas. Commendat eas cum innumeris aliis PETITUS (a) ac J. Z. PLATNER (b); modo prudenter & confectæ & applicatæ fuerint, obſequioſæ nempe & flexiles, non duræ ac rigidæ doloremque inferentes, ut quæ plus obſint, quam proſint. Contra ea J STORCH (c) omnes thoraces, quales quales illi fuerint, prorſus rejicit, pluribus oſtendens exemplis, melius ægris conſuli, ſi nullos geſtent. Ita (d) „A. 1721 „ oſtendebatur mihi (inquit) bimulus infans „ poſt variolas curatas cum aliquali coſtarum „ in

(a) l. c. p. 569.
(b) Diſſ. de thoracibus §. 37. ſq.
(c) Von Kinderkrankh. l. c. p. 309.
(d) Ibidem p. 274.

„ in dorſo gibboſitate. A variolis eam præ-
„ tendebant ortam. Cum autem pater ad-
„ huc aliquatenus curva crura thoracemque
„ eodem præſertim ad dorſum loco non ſa-
„ tis æquabiliter conformatum haberet, edi-
„ xi malum prolis ab rachitide eſſe, atque
„ jam ante variolas adfuiſſe. Annuere pa-
„ rentes, materque prolatis thoracibus con-
„ feſſa eſt, horum ope jam ante variolas
„ malum ab ſe fuiſſe oppugnatum: quibus
„ deinde ſepoſitis commiſſoque ſoli naturæ
„ negotio infans ſic ſatis emendate crevit,
„ ut in eo deinceps parum aut nihil vitii
„ fuerit obſervatum „. Porro (a) „illuſtrem
„ (ait) novi familiam, cujus Princeps re-
„ gnans gibboſus, curvus & improlis provin-
„ ciam ſuam fratri reliquit. Iſte rite con-
„ formatus multas procreavit proles; at qua-
„ rum minimum ſeptem ex rachitide periere.
„ Eapropter archiater peragrata Anglia &
„ Belgio feminam in id genus malis curandis
„ celebrem ex Belgio accivit. Hæc thora-
„ ces laminis ferreis plumbove farctos & co-
„ thurnos applicuit. Verum curatione raro
„ ultra 2 vel 3 menſes durante unicus filius
„ gibboſo dorſo alteque elato humero defor-
„ mis ſuperſtes manſit, ſterili deinde in ma-

U 3 „ tri-

(a) Ibidem p. 295.

„ trimonio vivens. Unam ſororum ejus diu „ curandam habui, ubi nubilis prope futura „ erat, cetera bene conformatam, anxietati- „ bus obnoxiam; donec aliquot coſtas ante- „ rius ſub læva mamma protuberantes, quas „ thoraculis introprimere ſtudebat, viſendas „ præbuiſſet. Poſtquam autem ſartor edo- „ ctus eſt, ut plagam thoraculæ affecto loco „ reſpondentem oſſibus balenæ vacuam relin- „ queret, brevi experta eſt, ipſum hoc re- „ medium contra toleratas hactenus anxieta- „ tes eſſe optimum. Et quia protuberantia „ dicta illam nec deformem ullatenus reddi- „ dit, nec a futuro ſponſo facile detegi po- „ terat, depoſita omni ſollicitudine juſſit æ- „ gra omnes ſuas thoraculas modo ante di- „ cto mutari. Inde nuptui data fertilis læ- „ taque evaſit genitrix „. Denique (a) A. 1734 conſulebatur Auctor pro puero ſpinam dorſi adeo curvam habente, ut coſtæ lateris unius aliquantum elevatæ viſerentur. A perito rei ſartore thoracem ad gibbum hunc deprimendum fieri curant; ſed mox ut applicatus eſt, obſervabatur in puero non modo brevis ſpiratio & anxietas, ſed etiam brachium ac manus affecto ex latere inflari ac fuſca fieri, puero pedibus inſiſtere non valente;

(a) Ibidem p. 309.

te; qui tamen ſine thorace & vel modice brachiolis ſuſtentatus prompte ac ſine labore ambulabat. Simul etiam notatu dignum occurrit, ingruentes variolas, dum toto corpore mediocriter tolerabiliterque proſtarent, gibboſo in loco, quouſque a geſtato paucis tantum diebus thorace compreſſus fuerat, numeroſas erupiſſe, plusque quam aliis in locis cauſaſſe doloris. Cognita re pater ulteriorem thoracis uſum vetuit: quo facto puer ſenſim ita ſe ſe collegit, ut A. 1748 ne veſtigium quidem gibbi in eo ſuperfuerit. Alibi (a) quoque relatum eſt, quantum puella quædam a thoraculis nocumenti ſit experta. Ex his itaque ſatis liquet, porroque etiam ex mox dicendis patebit, ſatius eſſe, omnem rachiticorum oſſium deformitatem auxiliatricis naturæ viribus emendandam committere. LE VACHER (b) tamen gloriatur ſe machinæ genus ad ſpinam dorſi vitioſe flexam priſtinæ ſuæ figuræ reddendam inveniſſe, cujus ope non nullis optatam tulerit opem; quæ utrum in omnem valeat caſum, repetita deinceps tentamina docebunt.

(a) Vide §. 10. I. B 5. b) β.

(b) Abhandlung, der königl. Pariſ. Acad. der Chirurgie 4 Band p. 488 ſqq.

b) *Brachialia* perinde ex linteo, corio, chalybeisve laminis ad curvitatem ſuperiorum artuum emendandam PETITUS (a) conſulit; ſed idem de his, quod de ocreis dicetur, tenendum eſt.

c) *Ocreæ*, *cothurni*, hisque ſimilia pro valgis, varis, &c. ex rachitide factis curandis excogitata ſunt, diu noctuque geſtanda, quorum deſcriptionem præſertim apud L. HEISTERUM (b) & H. F. LE DRAN (c) videre eſt. Iſte affirmat, ſe ope id genus ocrearum compluribus in ægris curationem abſolviſſe; prior autem, ubi varia earum genera deſcripſiſſet, ſubdit: „interim ut, quæ „ mea de cruribus ſive tibiis incurvatis ſit „ ſententia, libere atque aperte dicam, ſi „ non niſi mediocriter vitiatæ ſunt, ſalutarius ſæpe eſſe deprehendi absque conſtrictione pedum per ocreas & machinas, „ præſertim rudiores, infantes relinquere, „ quam per adhibitas eas graviter illos afficere, & quandoque nimis arcta conſtrictione magis adhuc lædere, pedumque incrementum impedire. Igitur id ſibi datum „ mea

(a) l. c.

(b) Inſtit. chirurg. P. 2. S. 6. C. 177.

(c) Chirurg. Gutachten p. 180. 195.

„ mea quidem ſententia medici exiſtiment, „ ut niſi magna neceſſitas idem facere poſtu- „ let, haud facile ocreas ob tibias incurva- „ tas infantibus injiciendas proponant. Si- „ quidem haud inſolitum eſt, ſed ſæpius vi- „ di, tibias mediocriter, imo quandoque „ valde curvas paulatim per ſe, dum infan- „ tes adoleſcunt, & pedibus non multum „ ac præmature inſiſtunt, ſed potius geſtan- „ tur, curruque infantili cubantes ſæpe ve- „ huntur, naturalem figuram per ſe recipe- „ re „. In eundem quoque ſenſum loqui- tur DE LA MOTTE (a): „cum cruribus „ pedibusve curvis nihil eſt agendum; ete- „ nim nullos novi, queis ſimile artificium „ (nempe ope faſciarum) per ætatem iterum „ vitium emendaſſet: nec alios novi, in „ queis ocreæ aliave inſtrumenta quidquam „ profeciſſent; niſi quod miſeris infantibus „ multum moleſtiæ parumque utilitatis attule- „ rint, & quod qui ea imperarunt, coacti „ demum fuerint ab ulteriori eorum uſu diſ- „ cedere; qua etiam re plurimum profuere. „ Neminem item novi hoc malo affectum, „ qui non ſponte naturæ procerus & rectus „ evaſerit, ac facilius quidem, quam ſi his

(a) De morbis mulierum L. 1, p. 199.

„ faſciis fuiſſet vexatus. Ac tametſi infan-
„ tes adeo nodoſi evaſerunt, ut natura pror-
„ ſus eluctari nequiverit; illæ tamen proles,
„ quæ nil ſimile perpeſſæ ſunt, ſemper mi-
„ nus deformes manſere, quam quæ adeo
„ crudeliter fuerunt excruciatæ „. Similia & FORMIUM jam monuiſſe ſuperius (a) vidimus. Refert quoque J. STORCH (b) A. 1736 ſutorem fuiſſe accitum, ut ocreas pro bimulæ cetera ſanæ curvis parumper cruribus emendandis conficeret. Fruſtra erat auctor, puellæ matri maritum procerum ac, niſi quod ſimili crurum pauliſper extrorſum curvatorum vitio, ab ipſa hactenus ne obſervato quidem, eſſet præditus, rite conformatum oſtentans cum ſpe fore, ut filiæ quoque per ætatem, ſi naturæ fuerit relicta, haud major ſuperſit deformitas. Surda namque mater ocreas e flavo corio balenæ oſſibus farctas filiæ induit. Sed octiduo non dum lapſo puella, prompte prius circumcurſitans, haud amplius incedere valuit. Ocreæ igitur non modo inutiles fuere, ſed illata quoque ab iis noxa deinceps lavacris balneisque tonicis abolenda erat. Solent utique oſſa ita vitioſe cur-

(a) Vide §. 6.
(b) l. c. p. 312.

curvata ſine ullis machinarum tormentis per ætatem iisdem emendari gradibus, quibus robur muſculare accreſcit. „ Maxime notandum eſt, inquit SWIETENIUS (a), ſi „ idonea cura ſuperetur malum, muſculis „ redire citius, quam crederetur, robur & „ toroſitatem, quorum numeroſiſſimi ex oſſibus originem ducunt vel oſſibus inſeruntur. „ Vis autem muſcularis magna eſt, & oſſium „ figuram per morbum mutatam reſtituit perfectiſſime in multis: protuberantes tunc „ epiphyſes mole minuuntur; gibboſa ſpina „ dorſi vel in alterutrum latus declinans ad „ naturalem figuram redit, licet nullæ loricæ adhibeantur, nullis faſciis vel ocreis „ utantur parentes quandoque nimis ſolliciti „ de prolium figura, & hujus curam committentes mulierculis, quæ valida compreſſione ſæpe plus nocent, proſunt quam rariſſime „. Provocat ad caſum puellæ apud BENEVOLI, a nobis paulo ſuperius (b) datum, cui perinde jungi ISENFLAMMII (c) adoleſcens poteſt, qui ubi, monitis parentibus, ne deformi ex rachitide corpori ma-

(a) l. c ad §. 1489.
(b) Vide §. 39.
(c) Vide §. 27. a).

machinas admoverent, ſibi relictus fuiſſet, adeo ſolis naturæ viribus emendatus eſt, ut ne veſtigium quidem priſtinæ deformitatis ſuperſuerit.

SECTIO III.

DIAETA.

CAPUT I.

ALIMENTA.

§. 49.

I. Alimenta demum rachiticorum quod attinet, eupepta ac medicata eſſe oportet; prohibenda vero, quæ morbi cauſam vel fovere vel augere quirent, qualia ſunt quævis aceſcentia & relaxantia, ut aquoſa tepida, oleoſa, mucilaginoſa, acorem continentia, in eumve facile degenerantia. Hinc recte ZEVIANI (a) lactis uſum, quoad ejus

(a) l. c. §. 122. 126. 151.

ejus per ætatem fieri poſſit, interdicit; quippe quod maxime aceſcentis naturæ ſit, ac proinde morbo ut plurimum faveat. Vetat eandem ob cauſam STORCH (a) multum panis (quem infantes rachitici ſolum ſæpe appetunt) eſum, tum quod cito aceſcat, tum quod obſtructiones meſenterii cauſet. Dulcia quoque haud ſatis rachiticis convenire cum alii, tum J. P. BÜCHNERUS (b) obſervavit, utpote quorum uſus binis illius puellis (c) peſſime ſemper ceſſerit: an ob acidum ſacchari? Alimentorum itaque titulo ab H. BOERHAAVIO (d) ſequentia præ primis commendantur:

a) „*Panis* bene fermentatus, bis coctus, „ cum admiſto pauco croco, nuce myriſtica, „ cardamomo, cinnamomo, ſemine celeri, „ atque ſimilibus gratiſſimis & roborantibus „ aromatibus„.

b) „*Caro* columbarum, gallinaceorum, „ cuniculorum, ovilla, hædina, vitulina, „ macilentior, leniter aſſa, minutim inciſa; „ dein intermiſto pane bis cocto, ſale &

„ pau-

(a) l. c. p. 301.
(b) l. c. §. 31.
(c) Vide §. 16. b).
(d) Mater. med. ad §. 1489.

„ pauco petroſelini, thymi, nucis myriſti-
„ cæ, aut ſimilium parata „.

c) „*Oryza*, milium, hordeum, cum „ aqua & uvis paſſis cocta, dein cum pauxillo vini & leniorum aromatum condita „. Pro potu autem illo ſuadente præbendum „vinum Gallicum maturum rubrum adſtringens, ter quaterve de die ad unc. j exhibitum; vinum Hippocraticum ita datum „ ad unc. ſem. eodem tempore: cereviſiæ „ recentes, ut mumma Brunſwicenſis, ale „ Britannorum, cereviſia Batava. Hiſce æſtivo tempore æqua portio aquæ ferratæ „ medicatæ admiſceri poteſt, in primis vero „ acidularum Spadanarum „. Omnia hæc adductis rationibus pulchre illuſtrat SWIETENIUS (a).

CAPUT II.

MOTUS CORPORIS.

§. 50.

2. MOTUS *corporis* ut ut rachiticis perquam ſit proficuus ac neceſſarius etiam, vi-

(a) l. c.

vigente tamen morbo haud propria ægrorum vi muſculari imperandus, ſed rhedæ curriculive adminiculo eſt inſtituendus. Enim vero ſatis inter omnes convenit clinicos (a), prohibendos eſſe rachiticos, ne vel ambulent, vel pedibus inſiſtant, quam diu oſſa inſueta mollitie ſunt prædita, morbusque in vigore eſt; ne videlicet oſſium figura a corporis pondere vel preſſione vitietur, ac ne ob facilem tunc lapſum oſſa frangantur, id temporis utique fragiliora (b). Si namque iſthoc in morbi ſtatu infantes ad motum muſcularem adigantur, ſæpe inde oſſibus imprimuntur vitia, deinceps morbo plane etiam ſuperato immedicabilia, id quod F. RUYSCHIUS (c) luculenta obſervatione confirmat: „oberrat (ait „ille) hominum genus obtortis ita incedens „cruribus, ut genua ambo fere ſe mutuo „tangant, dum pedes plus diſtant infra. „Dubitabam olim, pro quo habendum eſſet „malo? an ex mollitie oriretur oſſium, ut „in rachiticis infantibus, an tribuendum potius ligamentorum laxationi eorum, quibus „nectuntur femoris & tibiæ epiphyſes? Am- „bi-

(a) BRENDEL l. c. §. 34. SWIETEN l. c. ZEVIANI l. c. §. 153. p. 132. ſq.

(b) Vide §. 10. I. B. 5 a). γ.

(c) Adverſ. anat. dec. 2. Obſ. 6. p. 15. ſq.

„ bigenti ſuper hac re occurrit valgi & ad„ ulti quidem cadaver. Perſcrutabar illico, „ ſtatimque intellexi rationem morbi: in u„ troque ſcilicet crure cavum interius ſum„ mitatis erat longe magis depreſſum, quam „ cavum ejus tibiæ externum. . . Unde de„ buit neceſſario pars interna hujus articuli „ vergere in contactum atque inclinare. Qui „ igitur curandos hoſce homines ſuſcipiunt, „ poſtquam adoleverunt, atque inſtrumentis „ vel ligamentis rem aggrediuntur, peccant; „ eſt enim impoſſibile adultiori ætate un„ quam efficere, ut cavitas aſſurgat, vel e„ longetur tuber femoris illi cavo reſpon„ dens. . . Cogito autem, nihil poſſe acci„ dere pejus infantibus, quibus ſic affecta „ ſunt oſſa, quam quod cogantur inſiſtere „ ſuis pedibus, aut quod priori adhuc ma„ jus malum, ambulare; preſſæ enim incum„ bentis molis pondere juncturæ molles di„ latantur, itaque pariunt omnia mala, quæ „ rachiticis evenire dolemus quotidie „. Quam diu itaque in morbi vigore impotentia motus muſcularis adeſt, ſolerter vetandi ſunt ſtare ac incedere hi miſeri; ſed ne otio ac deſidia magis laxetur corpus, opera aliorum ſunt commovendi. Variæ quidem hic methodi corporum rachiticorum movendorum, ut in SWIETENIO (a) videre eſt, commendan-

(a) l. c.

dantur; ſed cum pleræque earum ſua habeant incommoda noxaſque oſſibus metuendas, optima facillimaque teſte SWIETENIO (a) eſt, „ ut lecto incumbant, qui curriculo imponi„ tur, quem protrahunt mulieres, quæ ra„ chiticis inſerviunt. Sic certe ægri lenis be„ neficio motus & aere aprico frui poſſunt, „ dum tempeſtas favet „. Eadem ſuadet L. HEISTERUS (b), „ certiſſima (ajens) ea„ demque mitiſſima præſervandi ratio in eo „ poſita eſt, ut infantes teneriores vel alias „ & ſpeciatim ob rachitidem huic vitio oppor„ tuni a juſto maturiori & frequentiori ſtatio„ ne atque ingreſſione ſolerter detineantur; „ contra vero vel decumbant, vel ſedeant, „ vel geſtentur, aut curru ſæpius infantili „ vehantur, donec oſſa paulatim cum incre„ ſcente ætate roborentur & confirmentur „. Namque SWIETENIO (c) notante „ ubi „ morbus bonis remediis minui incipit, mo„ tus muſculares vix non deleti antea vigo„ rem acquirunt; incipiunt artus movere & „ ſponte corpus erigere in lectulo decumben-

„ tes

(a) Ibidem.
(b) l. c. §. 2.
(c) l. c.

„ tes, manibus crepundia tractant, crura mo- „ vent, & pedibus inſiſtere ſponte cupiunt. „ Ubi hoc videbam, licet oſſa crurum adhuc „ incurva forent, permiſi facile, & redibat „ oſſibus nativa figura abſque ullis etiam ma- „ chinis adhibitis „. In paulo adultioribus ars ſaltandi ad emendandas deformitatis reliquias non erit inutilis, quam A. C. LORRY (a) duobus in caſibus vidit profuiſſe.

CAPUT III.

AER.

§. 51.

3. Aer *ſiccus* vel frigidus vel mage moderate calidus eſt ad curationem rachiticorum perquam neceſſarius; ſiquidem ſuperius (b) dictum ſit, quantum atmoſphæræ humidum frigus rachitidi faveat, & quam ſit cœlum ſimile illius ferax, ut eſt Argentoratenſe,

(a) Von der Melancholie 2 Band 1 Th. 1 Cap. p 124.

(b) Vide §. 19.

ſe, &c. J. P. BÜCHNERUS (a) certe „ mu„ tato Argentoratenſi cœlo pubertatis tempo„ re imperfecta rachitide liberatam novit, & „ in corpus ſtrictum ex flaccido mutatam „. Contra ea puella ejus (b) rachitica ad 14um uſque vitæ annum vivens tandem poſt diuturnam auſtrinam (i. e. humidam & frigidam) tempeſtatem, quæ omnia mala exaſperavit, fatis ceſſit. Perinde puer (c) illius æſtate, ſicca præſertim, pedibus magis valebat, quam hyeme; per longam vero auſtrinam conſtitutionem rachitis uſque adeo increvit, ut non amplius pedibus uti quiverit. Hinc conclavia etiam ſeu domicilia rachiticorum talia ſunto, ubi aer ſiccus moderateque calidus reperitur; quod BOERHAAVIO (d) notante in elatiori ædium parte plerumque obtinet: „ inferiora „ enim domus conclavia, inquit SWIETE„ NIUS (e), ſemper humida ſunt plus mi„ nusve. Æſtivo tempore occiduo ſole, imo „ citius, in tellure ros humidus obſervatur, „ qui quandoque ad 6 vel 8 pedes aſcendit, „ & inferiorem domuum partem reddit humi-

 diſſi-

(a) l. c. §. 13. Obſ. 10.
(b) Vide § 10. I. B. 5. b). a. b.
(c) Ibidem Nro 1. c).
(d) Aphoriſmor. §. cit.
(e) Ibidem.

„ diſſimam, ita ut ſitu & fungis obſitos non „ ſemel viderim conclavium angulos, & pa- „ vimentum, ligneum ſi fuerit, perpetuo tali „ madore putreſcere. Talis aer peſſime no- „ cet hoc morbo decumbentibus. Unde pa- „ tet neceſſitas, ut ægri ſuperiorem ædium „ partem incolant, vel ſaltem ibi dormiant„. Patet etiam, cur aſſidua eorum aprico in ſole mora illis tantopere ſit proficua, accedente præſertim corporis motu.

CAPUT IV.

AMICTUS, LECTUS.

§. 52.

4. Amictus quoque aeri reſpondeat, oportet. H. BOERHAAVIUS (a) jubet rachiticos indui „ veſtitu accurate ſicco, calefa- „ ciente, ex lana præ primis confecto„. Quam in rem SWIETENIUS (b) „ magni „ (ait) momenti monitum hoc eſt; quod ſi „ ob-

(a) l. c.

(b) Ibidem.

„ obſervetur in rachiticis curandis, inſigniter „ prodeſt. Niſi enim veſtes ſiccæ fuerint, a „ corpore calefacto vaporem humidum emit- „ tunt, qui corpus alluens labefactat ulterius „ nimis flaccidas partes. Hinc ſuaſi ſemper, „ ut veſtes depoſitæ ſiccarentur ſedulo, & „ ſuffumigiis ex olibano, maſtiche, imbue- „ rentur, antequam induerentur denuo . . . „ Induſia ex lana parata præferuntur his, quæ „ ex lino conficiuntur; linea enim repercuti- „ unt illa, quæ irruunt: hinc calefaciunt qui- „ dem corpus, ſed calore humido ob reper- „ cuſſam exhalationem cutaneam: quæ ſi co- „ pioſior fuerit, linea induſia penetrantur & „ tota madeſcunt. Laneæ veſtes bibulæ ſunt; „ & cum craſſiores ſint lineis, plus humidi „ in ſe recondunt, antequam humidæ ad ta- „ ctum appareant: hinc ſedulo exſiccandæ „ ſunt, antequam de novo induantur. Cum „ autem & lanæ aſperior ſuperficies ſit, quam „ lini, ſi nudum corpus tangant veſtes laneæ, „ ab omni corporis motu frictionis ſpecies „ excitatur, quæ inſigniter prodeſt „. Riſit quidem hocce BOERHAAVII monitum ZEVIANI (a), præſertim quod illud Veteres ex falſa hypotheſi commenti ſint; ſed ipſe haud meliori fundamento nixus illud repudiat.

(a) l. c. §. 154. p. 134.

§. 53.

5. LECTUS denique rachiticorum calidus ac ſicciſſimus, ſimulque medicatus (ſcilicet exſiccans roboranſque) eſſe debet; quod juxta BOERHAAVIUM (a) obtinetur „ decubitu ſuper ſtoreas ex aromaticis, roborantibus, exſiccantibus herbis factas in elatiori ædium parte ſupra tabulata lignea „. In lecto ergo tria tenenda ſunt: locus ſiccus calidusque, lecti partes i. e. conceptaculum, & ſtrata ſeu culcitra aut ſtorea cum pulvinis ac tegumento. Cum vero de loco ipſo, quo lectus ponendus eſt, jam ante (b) ſatis dictum ſit; ſupereſt, ut conceptaculum & ſtrata, pro eo ac par eſt, expendantur.

a) *Conceptaculum* vel tabulatum optimum eſt ligneum. „ Lectuli, inquit SWIETENIUS (c), fiant ex ligno, & parietes „ ligno obtegantur, ſi ſumptibus ferendis ſufficiant parentes. Ligna autem . . . ſicca „ debent eſſe, nec obducta ullo pigmento „ aut vernice. Obſervatur enim, quod ligna „ in ſe rapiant humidum ex aere, & quidem

„ magna

(a) l. c.
(b) Vide §. 51.
(c) l. c.

„ magna vi: unde ſi libere diſtendi nequeant „ in omnem dimenſionem, ligna diſſiliunt to„ ties cum magno fragore. Ubi autem lig„ num pigmento oleoſo aut vernice obduci„ tur, tunc non amplius abſorbet ex aere „ aquam in ſe; ſed humida tempeſtate aqua „ ſtriatim per ſuperficiem lignorum decur„ rit „.

b) *Stratum* vero ipſum e culcitra ſeu ſtorea & pulvinis conſtans ne plumis, ſed filicis potius foliis, farciatur, ſuadendum eſt; hæc enim teſte SWIETENIO (a) „ firmio„ ris ſubſtantiæ cum ſint, a pondere compri„ mentis corporis ægri non facile uniuntur in„ ter ſe in majores maſſas, præcipue ſi prius „ in umbra ſiccata fuerint „. Habent porro hæc folia id boni, quod attrahendo omne humidum ſemper ſiccum præſtent lectum. Ut autem roborans quoque ſit lectus, utiliter his foliis plantæ aromaticæ permiſcentur, quæ grato aromate exhalato laxas debileſque rachiticorum fibras roborant. H. BOERHAAVIUS (b) pro implendis lecto ac pulvinaribus huncce pulverem commendat:

(a) Ibidem.
(b) Mater. med. ad §. 1489.

℞. Fol. rec. in umbra ſiccatorum
filicis maris lib. iij.
majoranæ
meliſſæ
menth. aa M. ij.
trifol. odor.
meliloti
ſambuci
roſar. aa unc. ij.

„ Terantur in pulverem tenuem, miſceantur „ duplo tanto paleæ hordei, atque dein his „ linteo immiſſis fiant lectuli & pulvinaria, „ quibus incumbant, quique ab humido rite „ defendantur, & ſæpe exſiccentur „. Additur palearum hordei duplum pondus ceterorum omnium, ne nimia fragrantia herbarum ægris alioquin moleſta ſit. Quod ſi ægri lectum amplius deferere, ob ſitum erectum vel in ſedili jam etiam impoſſibilem, nequeant, ſicque lectulus exſiccari quotidie non poſſit, ſuadet SWIETENIUS (a), ut duo ſimiles lectuli pro alterno conficiantur uſu, ſicque ſemper eorum unus, interea vacuus, ſiccari poſſit. Et cum BOERHAAVIUS dictis ex plantis pulverem confici jubeat, SWIETENIUS „forte minutim (inquit) conſciſſas forfice her- „ bas

(a) l. c.

„ bas addere conduceret magis; pulveres enim „ a corporis incumbentis humiditate conglo- „ barentur facile non niſi ægrorum moleſtia „ in majores maſſas, & fragrantia herbarum „ ſuaveolentium periret citius, dum in pul- „ verem tenuem tritæ ſunt, præcipue cum ta- „ les lectuli ſæpe exſiccari debeant „. Denique quod paulo ſuperius (a) de amictu eſt monitum, idem quoque de lectulo valet, ut pro lineis pannis lanei potius culcitræ inſternantur, laneiſque itidem pannis infantes involvantur. Enim vero „ ob hanc cauſam in- „ ter alias accidit, inquit GLISSONIUS „ (b), pauperum infantulos minus huic malo „ obnoxios eſſe, quod nempe plerumque aſ- „ perioribus linteis aut forte laneis integu- „ mentis involvantur; quæ utraque tum fri- „ cando partes tum eas titillando calorem in- „ ſitum excitant & adaugent, vitaliſque ſan- „ guinis affluxum copioſiorem ad habitum „ corporis invitant, adeoque magni ſunt mo- „ menti ad hunc morbum arcendum „ quod a molliori linea ſupellectile nequaquam obtinetur.

X 5 HISTO-

(a) Vide §. 52.

(b) l. c. Cap. 16. p. m. 187.

HISTORIA I.

L. HEISTERI (a).

Trimulo infanti rachitico curvam parumper ſpinam dorſi magno cum ventre habenti 5ª Aprilis 1714 præſcripta

1. Diæta proba ac parcior.

2. Lorica pro pectore ita parata, ut plagas eminentiis vel curvaturis corporis reſpondentes laminis ferreis munitas haberet, queis nempe illarum & incrementum vetaretur, & abolitio fieret (b).

3. Species pro infuſo quovis mane hora 7ª & a meridie 4ª ad 4 vaſcula cum ſaccharo hauriendo:

℞. Herb. rutæ murar. M. ij.
Rad. oſmund. unc. j. (c). M. concis. D.

4. Pul-

(a) Medic. und chirurg. Wahrnehm. I Band Nro 210.

(b) Confer §. 48. a).

(c) Confer §. 38.

4. Pulvis m. & v. ad cultri cuſpidem cum priori infuſo vel aqua ceraſor. ſumendus:

℞. Pulv. rad. irid. Flor.
— — ari
Antimon. diaph. martial. aa dr. iij.
Fuligin. ſplend. unc. ſem.
Lap. Cancr. ppt. dr. j. ſem.
Sacch. cand. alb unc. j. ſem. M. F. Pulv.

5. Purgans quavis hebdomade ſumendum:

℞. Pulv. jalappæ gr. vij.
Merc. dulc. gr. iij.
Diagryd. gr. j. M. D. pro doſi mane ex infuſo, omiſſo ea die Pulv. ſub Nro 4.

6. Potui data cereviſia, cui inditus ſacculus cum rad. caryophyll. & flaved. cort. aur. aa drach. ij.

7. Vectio multa quotidie imperata, jacente in curriculo infante, vetito illi inceſſu & ſtatione in pedes, donec viribus profeciſſet (a).

HIS-

(a) Confer §. 50.

HISTORIA II.

EJUSDEM (a).

Cauponis infans bimulus, ante jam curſitans, poſtmodo nec ambulare nec ſtare valebat. Pedes debiles erant ac flaccidi; venter prægrandis; epiphyſes manuum pedumque tumebant. Die 30ª Martii 1718 præſcriptum:

℞. Syr. cichor. c. rheo
— roſar. ſolut. aa dr. ij.
Pulv. rad. jalapp. gr. vj.
Merc. dulc. gr. iij.
Aquæ fœnic. drach. j. M. D. 4•

quovis die pro hauſtu mane; reliquo autem triduo ſumat:

℞. Fuligin. ſplend. dr. ij.
Lap. Cancr. ppt.
Antimon. mart. cacheƈt. aa dr. j.
Sem. aniſi dr. vj.
— fœnic. dr. ij.
Sacch. canar. unc. j.

Ol.

(a) l. c. Nro 519.

Ol. ſtill. caryophyll.
— — cinnam. aa gtt. j. M. F. Pulv. D. quater per diem. Porro

℞. Sem. cin. dr. vj. Infund. in
Vini Hiſpan. unc. vj. per 24 h. tepido in loco, decantatum D. U. S. in prandio ac cœna cochl. j. Alternis quoque diebus imperatum balneum decocti aquoſi cum furfurib. & herbis ſalviæ ac roſmarini, inque illo artus ac ſpina dorſi probe fricabantur (a). Quotidie etiam infans cœlo ſicco ac ſereno curriculo vehendus erat vel domi vel ſub dio. Quæ cum toto vere & æſtate ſedulo acta eſſent, infans frugali ſimul ſub menſa convaluit.

HISTORIA XXI.

F. HOFFMANNI (b).

Puer octennis a matre ad cachexiam proclivi genitus & enutritus, a primo mox ortu oſſi-

(a) Confer §. 46. a).

(b) Med. rat. ſyſt. T. 4. P. 4. Supplem. Cap. II. Obſ. 9.

oſſibus tenerioribus carneque ſpongioſiori præditus, valde languidus facieque tumidus apparuit. Accedente dein ea ætatis periodo, qua alias infantes pedibus inſiſtere ſolent, terram attingere detrectat; & licet quandoque ingrediendi aliqua potentia pollere videretur, brevi tamen iterum adeo debilitabatur, ut vix pedem movere poſſet. Ceterum bene appetens, digerens & egerens inſigni ingenii alacritate & ſtatura ſupra ætatem magna (a) gaudet, præſertim tamen caput inuſitata fere magnitudine quaſi inflatum conſpicitur, ut naturalis membrorum convenientia fere penitus ſublata videretur. Parentes, qui cauſam mali incantationi tribuebant, innumeris fruſtra adhibitis a me tandem conſilium expetebant, quod etiam hac ratione lubens ſuggerebam. Primo omnium repurgatis primis viis talem victus rationem præcipiebam, quæ parca tenuis leniterque exſiccans erat, ut ſcilicet puerulus in parva quantitate carnes tantum aſſatas cum pane ſimilagineo comederet; pro potu decocto ex radice chinæ & raſura ligni ſaſſafras cum paſſulis uteretur; mane in lecto ſub decocti calidi uſu leniorique ſudoris exſpectatione membra pannis calidis probe fri-

can-

(a) Confer §. 10. I. A. 3.

canda daret (a), & demum balneum Lauchſtadienſe (b) per tempus adhiberet, ſubjunctis poſt ſingulos uſus frictionibus, artuumque inunctionibus cum tali ſpiritu nervino:

℞. Aquæ reginæ Hung. unc. ij.
Sapon. venet. dr. iij. ſolutis adde
Balſ. Peruv. dr. ſem.
Olei caryophyll.
— lavendul.
— majoran. aa gtt. xv.

Quibus per aliquot menſes probe obſervatis eveniebat, ut puer magis magiſque pedibus uti diſceret.

HISTORIA IV.

R. LENTILII (c).

Puellum nobilem rachiticum trium circiter annorum juxta præſcriptum Exc. MURALTI curavimus:

℞.

(a) Confer. §. 45. a).
(b) Confer §. 46.
(c) Miſc. med. pract. P. I. p. 287. ſq.

℞. Tamarind. unc. ſem.
Fol ſenn. ſ. ſ. dr. ij.
Rhabarb dr. j. ſem. Conc. cont. coqu. in
Aquæ font. ſ. q. In colat. dr. iij diſſolve
Mann. Calabr.
Syr. roſ. ſolut. aa unc. j. M.

Præbita ſingulis diebus 3 cochlearia per epicraſin quod in corpuſculo viſcoſum oberrabat, expurgabant. Pectori prominenti & abdomini prætumido inunctio bis in die repetenda:

℞. Ungu. cardiaci unc. j.
Olei lil. alb. unc. ſem.
Gumm. ammon. in aceto ſol. dr. iij. M. F. linim.

Ab his cum belliſſime haberet, poſt abſolutam mixturam purgantem mane & pomeridie ſcr. ſem. pulviſculi ſequentis ex jure datus:

℞. Rad. pœon. mar. dr. j.
Millep. ppt. ſcr. ij.
Lumbr. terr. ppt. ſcr. j.
Santal. citr.
Sem. naſturt. aa gr. xv.
Sacch. perlat. dr. ij. M.

Noctu

Noctu, cum ibatur cubitum, gtt. xx mixturæ ex cochleari potus ordinarii (a):

℞. Tinct. vitrioli martis ZWELF.
Spirit. fuligin. aa dr. j. M.

Sternum quod valde exſtaret, non tantum continuatum linimenti uſum commendavi, verum & thoracem e corio tenero fieri curavi balænarum coſtis tenerioribus firmatum, e duabus partibus conſtantem, antica ſcilicet & poſtica, illa ſternum hac ſpinam muniente, ab utroque latere ligulis coriaceis anguſtis ſucceſſive conſtringendum (b). Ita brevi reſtitutus eſt, nunc hilaris & ſymmetros.

HISTORIA V.

EJUSDEM (c).

Filiolo cuidam quadrienni, A. 1699 miſere rachitico, contortis brachiis & cruribus, promi-

(a) Confer §. 40. b).
(b) Confer §. 48. a).
(c) Jatromnem. theor. pract. P. I. C. 21. p. 100.

minentibus articulationibus, elato ſterno & ſpina, ſequentia mire profuerunt:

℞. Tamarind. unc. ſem.
Fol. ſennæ dr. ij.
Rhabarb. dr. j. ſem. Coqu. in
Aquæ ſ. q. In colat. unc. iij diſſolv.
Mannæ Calabr.
Syr. roſ. ſolut. aa unc. j. M.

Tria cochlearia ſingulis diebus præbeantur mane, ita pergendo ad pharmaci conſumptionem. Poſtea mane & pomeridie ſit uſus pollinis proxime ſcripti ad ſcr. j ex jure:

℞. Specif. antatroph. dr. vj.
Croci mart. aperit. dr. j.
Olei cinnam. gtt. ij.
— caryoph. gtt. iij.
Merc. dulc. ſcr. j.
Sacch. perlat. dr. j. ſem. M.

Noctu autem gtt. x mixturæ talis e vehiculo quovis grato:

℞. Sal vol. oleoſ. dr. ij.
Tinct. mart aperit. dr. j. M.

Abdomen & pectus inungantur mane & noctu linimento:

℞.

℞. Ungu. alth.
— martiat. aa unc. j.
Gumm. ammon. acet. ſol. unc. ſem.
Olei lil. alb.
Ceræ flav. aa q. ſ. M. F. linim.

His & ſimilibus medicamentis hactenus plures utriuſque ſexus puſiones ſalvos præſtitimus, quamvis aſpectu jam horridos. Hinc omnibus practicis eadem commendare nulli veremur. Plures enim, quam quis facile crediderit, in his regionibus offenduntur rachitici, miſere per varias methodos ipſumque morbum excruciati, ac denique vel vita functi vel in pumiliones monſtroſos adulti. Nunc ſpecifico antatropho ſummo nec unquam pœnitendo cum fructu miſcere ſoleo *æthiopem mineralem*, v. gr.

℞. Specif. antatroph. unc. ſem.
Æthiop. miner. dr. ij
Elœoſ. caryophyll. dr. iij, vel
Balſamoſacch. Peruv. dr. iij. M. Doſis ſcr. j. vel dr. ſem.

AUCTORUM
SYLLABUS.

A.

Abhandlung. chir. der Pariſ. Acad. 311.
Abildgaard 245.
Act. Berol. 159. 206.
—— Haſſiac. vid. Strack
—— nat cur. 75. 94. 178. 236.
—— nov. nat. cur. 151. 277.
—— nov. Suec. 86.
Alberti 165.
Annal. Vratisl. 27. 92. 146. 288.
d'Aubenton 67. 68. 160. 230.

B.

Baldinger 173. 261. ſq.
Benevoli 78. 266. ſqq. 275.
Berthold 206.
Blancardus 79. 219.
Boeli 165.
Boerhaave 10. 11. 134. 150. 167. 174. 178 ſqq. 192. 194. 218. 240. 243. 264. 275. 279. 281. 294. 317. 323. ſq. 326. ſq.
Bonetus 63.
Bonn 69. 103.
Bootius 2 10. 46. 56. 57. 58. 97. 98. 99. 125. 127. 151. 187. 191. 202. ſq. 218. 243. 287.
Boyle 272. ſqq.
Brendel 3. 4. 6. 25. 148. ſq. 176. 182. 196. 302. 319.
Broke 85.
Büchner A. E. 220. 245. v. Kœnigsdœrfer.
Büchner J. P. 3. 6. 23. 28. 36. 40. 70. 106. 126. 132. 135. 138. ſq. 142. 144. 165. 170. 184. 188. ſq. 192. 205. 209. 215. 219. 233. ſq. 241. 317. 323.
Buffon 160.
Burggraf 94.

C.

Camerarius 75. 178.
Caulitz 85. 168.
Celſus 272.
Collect. Haun. 246.
Comment. Bonon. 199.
—— —— Edinburg 290.

D.

Desgranges 92.
Dillenius 58.
le Dran 212. 312.
Duncan 290.

E.

E.

Eichler 104.

F.

Falck 256.
Feſtus 20.
Fickius 303.
Fiſcher 9.
Floyer 301 ſq.
Formius 13.

G.

Gahrliep 190.
Galenus 8. 18.
Garencier 186.
Gherli 265. 297.
Gliſſonius 1. 2. 5. 7. 22. 28. 31. 33. 43. 45. 49. 51. 52. 54. 57. 62. 63. 6. 80. 97. 99. 102. 113. 118. 130. 132. 134. 136. 148. 151. 159. 167. 179. 185. ſq 190. ſq. 196. ſq. 201. 204. 217. 230. 232. 234. 237. 240. 243. 255. 266. 287. ſq. 305. ſqq. 329
Gohlius 159. 206.
Graſſius 226.
Gruner 3. 6.

H.

Haen 253. ſq.
Hagendorn 64. 112.
Haller A. 3. 71. 259.
Haller M. 184. 254.
Harris 192.
Haynius. 64.
Heiſter 60. 85. 165. 168. 192. 212. 312. 321. 330. 332.
Henning 29.
Hentſchel 303.
Hippocrates 6. 8. 18. 19. 242.
Hiſt. nat. gen. & part. 160.
Hiſt. Verhaal 180.
Hoffmannus 4. 24. 188. 191. 204. 218. 240. 243. 293. 333.
Horatius 22.

I.

Journ. de Medec. 92. 157. 255.
Iſenflamm. 115. 117. 205. 212. ſq.
Junker 115.

K.

Kæmpf 289.
Kaiſer 285.
Klein 151. 169.
Kœnigsdœrffer 206. 217. 226. ſq.

L.

Langguth 104.
Lentilius 47. 144. 280. 335. 337.
Levret 259.
van der Linden 2.
Lindeſtolp 192.

Lorry 322.
Lucillius 21.

M.

Martialis 21.
Mayow 296.
Metzger 303.
Miſc. Nat. Cur. 58. 145. 190. 226.
Mitterhæuſer 4. 59. 100.
Morel 153.
Morgagni 114.
de la Motte 313.
Murray 86. 153.

O.

Oettinger 173. 261 ſq.
Overbeck 115.

P.

Petetin 92. 184.
Petitus 25. 67. 83. 127. 188. 308. 312.
Platner 192. 308.
Plautus 21.
Preuſſius 145.

R.

Raccolta di opuſc. med. prat. 262.
Reuſner 8.
Richter 90.
Riverius 13.
Roſenſtein 30. 44. 148. 151. 159. 248. ſqq. 261. 283. ſq. 303.
Roſner 259.
Ruoff 71.
Ruſſell 35.
Ruyſch 194. 319.

S.

Scaliger 20.
Schloſſer 259.
Schulze 181.
Sichi 262.
Slare 181.
Sponius 6.
Störck 169. 251. ſq.
Storch 17. 20. 24. 26. 30. 35. 39. 44. 45. 46. 56. 69. 70. 81. 82. 84. 87. 89. 93. 95. 96. 97. 99. 103. 120. 122. 123. 124. 127. 129. 135. 141. 145. 155. 161. ſq. 164. ſqq. 182. ſq. 189 191. 204. 208. ſq. 211. ſq. 214. 220. ſqq. 235. ſq. 239. 245. 280. ſq. 288. 292. 296. ſq. 308. ſqq. 314. ſq.
Strack 39. 70. 149. 203. 211. 257. 282.
Swieten 5. 11. 12. 15. 23. 32. 34. 43. 51. 56. 61. 72. 84. 101. 118. 121. 125. 135. 137. 150. 160. 174. 178. 180. 187. 193. 217. 231. 240. 242. 244. 258. 273. 279. 288. 294. 301. ſq. 315. 318. ſqq. 323. ſq 326. ſqq.
Sydenham 243. 291. ſq.

T.

Tacconus 199.
Teichmeier 165. 210.
Theo-

Theodoſius 14.
Thomaſſin 157.
Tiſſot 302.
Tode 171.
Triller 19. 206.

V.

le Vacher 193. 311.
Vandermonde 153.
Vaterus 29.
du Verney 194.
Viebeg 226.
Vitet 92.
Vogel 92.

W.

Wahrendorff 146.
Waldſchmied 10. 141.
Winkler 150.
Wittenburg 210.
Wolff 27.

Z.

Zacutus 299.
Zanetti 277.
Zeller 71.
Zeviani 7. 9. 53. 66. 141. 150 168. 177. 192. 239. 246. 248. 266. 275. ſq. 288. 302. 316. 319. 325.
Zwelfer 280.

INDEX RERUM.

A.

Abdomen rachiticis grande 49. unde ? 50. ſqq.
Abortiendi proclivitas in feminis olim rachitidem paſſis 220.
Abſceſſus (v. vomicæ).
Abſorbentia curant rachitidem 253.
Aceſcentia, acida ingeſta rachitidis cauſa 177. ſqq.
Adulti etiam, at rarius, in rachitidem incidunt 157.
Aer collectus in primis viis rachiticorum 51. humidus & frigidus rachitidis cauſa 185 ſqq. ſalubris rachiticis qualis ? 322.
Aetas tenerrima rachitidi obnoxia 149. adultior eam fugat 204.
Alcalina ſunt antirachitica 246.
Alimenta quæ danda rachiticis ? 316.
Alvus rachiticorum qualis? 141.
Ambulatio (vide inceſſus).
Amictus qualis optimus pro rachiticis ? 324
Anatome rachiticorum 27 58. 59. 60. 70. 71. 75. 79. 80. 87. 95. 97. 105. 109. 116. 129. 130. 131. 132. 135. 220. 223. 226. 234. 236. ſq.
Antacida ſunt antirachitica 245. ſqq.
Appetentia qualis rachiticis 125. ſq.
Aqua collecta in rachiticorum abdomine 50. thorace 132. capite (v. hydroceph).
Aquæ ferratæ utiles rachiticis 283.
Arthritici parentes rachiticas proles gignunt 169.
Artus deformes rachiticorum 65, eorum oſſa nodoſa 98. unde? 102. curva ibid. ætas hæc vitia ſenſim corrigit 312. ſqq. (v. crura).
Atrophia rachitica 26.
Auriculæ cordis p. n. dilatatæ in rachiticis 131. ſq.

B.

Balnea tonica in cura rachitidis vel calida 295 vel frigida 301.

Ba-

Baptiſmus olim per immerſionem an prophylacticus ad rachitidem? 301.
Brachia rachiticis vel ambo vel alterutrum ſolito longius 67.
Brachialia ad brachia curva emendanda 312.
Bullitus in rachiticorum pectore 132.

C.

Cachexiæ variæ parentum cauſa rachitidis 168. ſqq.
Cæſarea ſectio 90 ſqq.
Calculi pulmonum in rachitide 219.
Caput rachiticorum grande 52. pendulum 34. ejus vaſa ſolito ampliora 42.
Caries dentium rachiticorum 83.
Carnes rachiticorum quales? 26. quæ eſui dandæ? 317.
Cataracta a rachitide 217.
Catharticorum uſus in rachitide 243.
Cauſæ rachitidis proegumenæ 149 procatarcticæ 176. proxima 191.
Chartre 2.
Cibi qui dandi rachiticis? 316.
Cicuta curat rachitidem 250.
Claudicatio ſymptoma rachitidis 123. (v. inceſſus).
Connata rachitis 150. ſqq. plerumque eſt letalis 232.
Contagioſa non eſt rachitis 190.
Contractura in rachitide 141.
Convulſiones variæ rachiticorum 138. quando letales? 233.
Cor nudum ſæpe in rachiticis repertum 129. 224. quibusdam ſolito majus 130.
Cortex Peruv. in rachitide utilis 284.
Coſtarum rachiticarum vitia 95.
Cothurni pro rachiticorum curvis cruribus an adhibendi? 312.
Crura rachiticorum varie curvata 20. 112. unde? ibid. ſqq.
Culcitra quæ hic optima? 327.
Curabilis quæ rachitis? 201.
Curvitas oſſium artuum 102. eam adultior ætas corrigit 312.
Cutis qualis in rachiticis? 28.

D.

Debilitas muſcularis primum rachitidis ſymptoma 118.
Decubitus rachiticorum qualis? 124.
Definito rachitidis exacta dari nequit 4. 5.
Deformitas corporis ex rachitide ſuperſtes 211.

Dentitio rachiticorum inordinata 83. 183. excitat plerumque morbum latentem 183.
Dentium vitia in rachiticis 83. jactura præmatura 84.
Diæta prava parentum vel infantum cauſat rachitidem 167. ſq. 176.
Diagnoſis rachitidis 196
Diarrhœa in rachitide 141.
Digiti rachiticorum ſolito longiores 67.
Duratio rachitidis varia 198.

E.

Effectus varii rachitidis 214.
Emetica rachiticis an danda? 279.
Encephali vitia in rachitide 136 ſq.
Enematum in eadem uſus 289
Engliſche Krankheit 2.
Ens veneris BOYLEI curat rachitidem ? 272.
Epilepſia in rachiticis 138. quando letalis? 233.
Epocha rachitidis 5. ſqq. 65.
Extravaſata in rachiticorum thoracibus 132.

F.

Facies rachiticorum varia 39. prope mortem vetula 40. 234.
Faſciæ (v. brachialia, cothurni, loricæ).
Febris rachitidis ſymptoma 217. eandem ſæpe tollit 208. 290.
Ferri virtus in rachitide curanda 272.
Filicis foliis lecti rachiticorum farciendi 327.
Fiſtuloſa ulcera ex rachitide 226.
Fonticuli an ſanent rachitidem? 306. ubi excitandi? 327.
Fovea ad ſcrobiculum cordis in rachiticis 46.
Fracturæ oſſium rachitidem latentem excitant 185.
Fragilitas oſſium rachiticorum 81.
Functiones quæ læſæ in rachitide? 118.

G.

Genera rachitidis 22 ſq.
Gibbi ex rachitide 18.
Glandium decoctum rachiticis utile 284.
Glieder doppelte 2.

H.

Habitus externus rachiticorum 26.
Hæmorrhagiæ in rachitide. 144.
Hæmoptoe 144.
Hæmorrhoides 145.
Hæreditaria ex labe eſt plerumque rachitis 159.

Ha-

Halitus teter rachiticorum 133. letalis 234.
Hectica febris rachiticis letalis 233.
Hepar rachiticorum ſemper juſto majus 55. ſqq.
Herzgeſpann quid? 64.
Hydrocephalus non ſemper adeſt 32. mercurio curatur 256.
Hydropes rachiticis letales 232.

I.

Imperfecta rachitis quæ? 23.
Inceſſus rachiticorum varie læſus 181. unde? 124. 213. ſq. ad eum rachitici, quamdiu debiles, non cogendi 319.
Indicationes in rachitidis cura 238.
Infantum morbus eſt rachitis 148.
Ingenioſi plerique rachitici 134.
Inſenſilitas pedum iiſdem letalis 233.
Iſchuria rachiticorum 143.

K.

Kyphoſis in rachitide 86.

L.

Lac rachiticis noxium 177.
Laneæ veſtes & ſtragula rachiticis optima 325.329.
Laxi parentes rachiticas proles edunt 167.
Lectus pro rachiticis 326.
Lendenvang Belgis quid? 2.
Lentor ciborum rachitidem promovet 182.
Letalia ſigna in eadem 232
Leucorrhoicæ mulieres pariunt rachiticas proles 169.
Lienis vitia in rachitide 54.
Litus varii pro rachiticis 290.
Loca rachitidis feracia 185. ſqq.
Loquela rachiticis tarde venit 120. ejus vitia in illis 47.211.
Lordoſis in iiſdem 86.
Loricæ an ad gibbos rachiticornm utiles? 308.

M.

Machinæ ad curvos rachiticorum artus emendandos 308.
Macies rachiticorum 26.
Mal de Scimmioto Italis quid? 2.
Mercurius an curet rachitidem? 255. hydrocephalum 256.
Meſenterii infarctus in rachiticis 53.
Metaſtaſi ſoluta rachitis 206.
Mollities oſſium rachiticorum 69. unde? 72.

Mo-

Motus corporis rachiticis qualis imperandus? 318. ſqq.
Muſcularis debilitas in iisdem 118.

N.

Nodi in rachiticorum coſtis 97. in artuum oſſibus 98.
Nomina varia rachitidis 2. la Nouure des enfans 2.

O.

Ocreæ (v. cothurni).
Ophthalmia rachitica 207.
Oſmundæ regal. radix antirachitica 264.
Oſſium vitia varia in rachitide 67. morbi eandem latentem excitant 185.
Oſteogeniæ in rachitide anomalia 67.
Oſtracodermata uſta curant rachitidem 253.

P.

Panis qualis rachiticis dandus? 317.
Paralyſis in rachitide 230.
Parentum morbi qui proles rachiticas poſt ſe trahunt? 157. ſqq.
Pedes rachiticorum longitudine inæquales 67. inſenſiles fieri letale 233. (v. artus, crura).
Pelveos anguſtia ex rachitide 90. ſqq.
Perfecta rachitis quæ? 23.
Peripneumonia facile rachiticis accidit, letalisque plerumque eſt 219. 234.
Peruvianus cortex (v. cortex).
Phthiſis ex rachitide 33 (v. vomica).
Pica rachiticorum 126.
Pigmæi ex rachitide 20. 30.
Pleuritis (v. peripneumonia).
Plumbum (v. Saturnina).
Polypi rachiticorum 105. ſqq. 225.
Pulmo ſiniſter, qua cor tegere ſolet, mutilus in rachiticis 129.
Pulmones verſus ſpinam dorſi compulſi 129. cum coſtis concreti ibid. ſqq. eorum varia labes 130. ſq. (v. vomica).
Purgantia (v. cathartica).
Purulenta cachexia rachitidis cauſa 170. ſqq.

R.

Rachitis quid? 1. a quo nomen? 1. 2. ejus alia nomina 2. epocha 5. genera 22. ſymptomata 24. cauſæ 149. ſqq. diagnoſis 195. prognoſis 198. curatio 238.
Reliquiæ ex rachitide 209.
Reſpiratio (v. ſpiratio).
Ribbe-Kuchen quid? 2. 64.
Rickets quid? 2. 7.
Ro-

Roborantia (v. tonica).
Rubiæ tinctorum radix efficax contra rachitidem 258.

S.

Saccharum an cauſa rachitidis? 1 9.
Sal tartari, antirachiticus 2 6.
Saltus in declinatione rachitidis utilis 322.
Sanguinis miſſio an in rachitide utilis? 286
Sapo Venetus antirachiticus 2 8.
Sarſaparillæ virtus contra rachitidem 266.
Saturnina an rachitidis cauſa? 181.
Scarificatio pone aures in rachitidis cura 287.
Sceleta rachiticorum 67. 213. 230.
Scolioſis eorumdem 86.
Scorbutici parentes rachiticam ſobolem procreant 169.
Scrophulæ in rachitide 131. poſt eandem 209.
Scrophuloſi rachiticos gignunt 170.
Senſus in & externi in rachiticis 134. ſqq.
Sexus uterque rachitidi æque obnoxius 147.
Sideritis, (v. ſtachis annua).
Siekte engelſche 2.
Situs coſtarum in rachiticis 97.
Solutio rachitidis varia 204.
Spinæ dorſi varia incurvatio in rachitide 86.
Spina ventoſa ex rachitide 227.
Spiratio rachiticorum læſa 127. unde? ibid. ſqq.
Stachis annua antirachitica 297.
Stannea vaſa an rachitidis cauſa? 181.
Statio debilibus adhuc rachiticis non imperanda 319. ſqq.
Statura rachiticorum corporum juſto minor 28.
Stupidi non nulli rachiticorum 135.
Sudores eorumdem 143.
Suffitus in cura rachitidis 29 .
Symptomata rachitidis 24. letalia quæ? 232.
Syphiliticum virus an cauſa rachitidis? 174. 256.

T.

Tabes pectorea quid? 2.
Thoraces (v. loricæ)
Thorax rachiticorum varie vitiatus 45.
Tincturæ variæ antirachiticæ 279.
Tonica remedia in rachitide 257.
Topica varia in eadem 290.
Tubera pulmonum rachiticorum 130.
Tumores varii ex rachitide 221.
Tuſſis rachitica 133.

V.

Vacuationes rachiticorum 141.
Variolæ bis toleratæ 140 215. raro malignæ in rachiticis 214. ſq.
Vaſa capitis majora in rachiticis 42. ſtannea (v. hæc).
V. S. (v. ſanguinis miſſio).
Venter (v. abdomen).
Veſicantia an hic proficua? 305.
Veſtitus rachiticis quis optimus? 324.
Veteribus an nota rachitis? 5. ſqq.
Vinum utile rachiticis 318.
Vitalium viſcerum varia labes in rachitide 129.
Ulcera varia ex rachitide 210. 226. ſq. 246. ſq. eadem arte facta in rachitidis cura 305.
Unterwachſene Kinder. 64.
Vomicæ pulmonum a rachitide 235. ſq.
Voraces rachitici 126.
Urinæ rachiticorum 143.

W.

Wechſelbælge 2.